BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
A
54
NAPOLI

-37-

THESAURUS PHILOSOPHICUS,

SEU

DE GEMMIS

ET LAPIDIBUS PRETIOSIS

Doctoris Phyſici

JOSEPHI

GONNELLI.

NEAPOLI, M.DCCII.
Apud Joannem Baptiſtam Komarek.
Superiorum Permiſſu.



Per Ill. ac Reveren. Dom.

ABB. D. ANTONIO

DE BELLIS

J.V.D. maiorique Primicerio Cathedralis Venafri Prothonotario Apoſtolico, & Vicario Generali ipſiuſdem Eccleſiæ.

GEmmarum, ac omnium lapidum generis germanas cau

ſas , & virtutes cum per
pluris temporis patiū per-
penſitaſſem , eas per hunc
libellulum in lucem pro-
mere habui in optatum ,
tuo patrocinio intermedio
per Illuſt., ac Rever. Dom.
agnoſcens firmè ex innu-
meribus virtutibus, ac pie-
tatibus quammaximè tè eſ-
ſe decoratum ; virtutibus
propemodum dixi, cum id
tot ædes oſtendant, & tot
opera denotent; pietatibus
eſſe tè præditum retuli ,
cum id tot monumenta de-
monſtrent , totque ædifi-
cia declarent; innumeribus
virtutibus denuo , cum bi-
bliothecam proprio ære ad
publicum commodum ex-
ſtruxiſti, in cuius oſtium
talis lapis hiſce verſibus in-
ſculptus proſpicitur.

B.

Ad publicum commodum ſtatutis horis duabus ante, & poſt meridiem Abb. Antonius de Bellis à Venafro Primicerius, & Illuſt. ac Reverendiſſimi D. D. *C*aroli de Maſſo Epiſcopi eiuſdem *C*ivitatis, à decennio Vicarius Generalis, bibliothæcam hanc dicavit, & ſtudioſis virtutis, amore erexit ann. Iub. 1700. votoque augebit.

Et nuncquam pluribus tũ Recentiorum Authorum, tũ, eterum voluminibus adaugere non deſinis, ex quo tuo litterario liceo quanta infinita optima advenimenta inſurgent ex ſe patent, fama nempe immortalis eruditio præclariſſima, & otiorũ expulſio, ob quod ſi Patria tua

 tan-

tantis ex tuis meritis in tui perpetuum marmoreum ſimulachrum dicare habuerit neſcio ſi quiſquã hoc negare auſerit; pietatibus rurſus te ſancitum autumavi, cum ambas cappellas in Epiſcopatu Venafri proſpicio tuo fervore conſtructas, cum cemeterio, & Terra Sancta ab Vrbe obtento decoratas, quarũ una Crucifixi Antiquæ ſculpturæ plurium ſæculorum conſperſa videtur: Alteramve cappellam in Eccleſia Divi Sebaſtiani Secerno, in quã Sancti Hormiſdæ Pontificis tui conterranei altare conſtruxiſti, cuius Papæ vix apud quoſdam ex tuis compatriotis Litteratos lenta, ac remotiſſima cognitio extabat, tu dumtaxat proprio auro propalaſti, hoc non tã-

tum

tum, verumatq; , & eiusfeſtivitatem pulcherrimis vexillis decoraſti, ac pluribus baptizatorum Hormiſdæ nomen contuliſti, ut in poſterum magis huiuſce ſancti veneratio redoleat: O Sanctiſſimè Pontifex quantum talem pium virum proteggere habes, tù pluſquam ego cognoſcis. Denuo tuam pietatem non deſeram cum tãto tuo ſtudio Santiſſ. Sacramenti Patriæ tuæ venerationem contuliſti cum indulgentiis in ſingulis hebdomadarũ feſtivitatibus quatuor horarum ſpatio, ac quam plurimas Eccleſias reſtaurãdo maximopere elaboraſti, imo illam, Divi Andreæ à fundamẽtis extruxiſti; Propter quod Rev. Dom. ſi quiſquam doloſo gutture hanc

purpurinam tuam famā denigrare auſerit, aut impius quippe, aut inſcius viſatur eſſe, quia tū pietatem, ac virtutē æqua lance inſpexiſti, & modo proſpicis; te innumeribus virtutibus conſperſum nuncupavi cū per plurium luſtrorum lapſum Aſtreæ ſuave pondus Venafranæ tuæ Patriæ deguſtare feciſti, ac aliis etiam Regionibus; unde integrè alloquor, ſi quiſquam ullo ævo conformes qualitates habuerit, *D*ivinus aut erit, aut Primicerius de Bellis erit. Hinc ſub tuis auſpiciis hoc opus, quod pandam, tuoq; merito ſi dicatum inſpexero, fortuſi natum natum mè appellavero, cum Heroes nimirum ſuorum defatigatibus tuo nomini aliquid dicare meren-

rentur,& tuo etenim cognomẽto Ariſtarchos, momoſq; ſiniſtros ſpretos omnes habuero, cum pietatis, virtutiſq; miro robore ſcateat: tandem mihi ſat erit, non quod talis mei operis complaceas, verum tantum illud non dedignemini vale ann. ſal. 1702.

Devotiſ. Servus, & ſumma obligatione aſtrictus.
Joſeph Gonnelli.

A CHI LEGGE

MEſi ſono, caro mio Lettore, mi venne in deſtro portarmi nella Città di Venafro per mie preciſe biſogna; & diſintricatomi quindi dà cotale mia coſa, mi cadde in mente vedere alquanto la ſimitria di eſſa, che in vero, può ben ella chiamarſi una delle più maeſtoſe delli ſuoi contorni; imperoche oltre il recinto di ben composte mura che vi ſi vede, è copioſiſſima di limpide acque, che inaffiando il ſuo terreno, fanno, che le ſue campagne à larga mano tenere verdumi produchino: oltre l' immenze ſelue d' oliui che arrecando un oglio eſquiſitiſſimo, hà data l' occaſione à più coſpicui Autori predicarne uanto, m' icontrai altresì

col Reggio Notar. Signor Gio: di Proua, il quale, benche di prima uiſta, per ſua bontate, mi fè riſguardare di ſudetta Cittade le fogge di ben compoſti palaggi, che à chi che ſia altro, che ſtupori non recano, & indrottomi quindi con eſſo Signor Notare al rimirare le Chieſe, mi fù d' uopo per vederle meglori di bel' nuovo gir fuora dello ſteccato di ſudetta bella abitatione, e doppò ben veduto il Veſcouado, in cui ueramente par che garegino i trofei del' arte, mi ſpinſi colà uicino al Carmine, doue mirai la famoſa non men, che celebre Libraria del Vicario Signor D. Antonio dè Belli: & auendoui iſcorto ſul Cie' di eſſa varie deſcritioni alludentino li fatti più conſpicu' ed antichi di Venafro; preſi

Iriga riceſpiarle, & iſtamparle anche; acciò chi che ſia, ne poſſi auere là cognitione, & isfugghi altresì detto lauoro i berſagagli del' oblio, è non ſi tenchi opera così fatigosa entro muto ſilentio: ma perche ui uoleua del tempo, quale per me era di poche ore, ſolo mi fei dare dal ſudetto Sig. Notar di Proua lo iſtromento, che colli Padri del Carmine Patroni del luogo il Signor dè Bellis ha contratto, il quale hò uolſuto porre ſotto il torchio, iſtimando per certo dar ſatisfatione à te caro Lettore, & non dar diſturbo all' Autore, mercè che alludono coſe di colui, à cui eſſo hà conſegrato il ſuo trattato; nè ſpiacerà al Signor Vicario, mentre è più facile logorarſi entro de protocolli, che nella ſtampa; le affiſſe iſcrittioni accennate

ve-

uedrai caro Lettore infra breue à caratteri quaſi aurei eſpreſſe alla uiſta del mondo, in tanto compatirai ſe non ui ritroui coſa di gran tuo genio, ſtante che non ti rappreſento ſe non che uno iſtromento, è uiui felice

Aff: Ser: Cor:
Gio: Bat: Komarek

FR. GIO: BATTISTA
GONNELLI

Di Prata Minore Oſſervante.

SONETTO

VEggio ſecol moderno à noi dar gli anni
Nuovi non menche pien dè fatti egreggi,
Poiche gli Eroi del mondo, è tutti Reggi
Coll' armi fauſti lor ruine, è danni
Mà coll' opra con cui tù diſinganni
Vn mondo intiero, el tuo bel nome freggi,
Pel moderno penſier, con cui diſpreggi
Le qualita non chare ei priſchi inganni

Ol-

Oltre il tema latin. carco d gemme,
Celli oſtruſiſenemi in chiaro eſpoſti,
Ed i ſeni di terra, è di maremme
Fai che ſegga del grido in ſi bei poſti,
Che può ben dir Gonnelli onor ſi diemme,
Che ſon ſcherma di oblio, è al tempo oppoſti

D.PE-

D. PETRUS PELUSI

EPIGRAMMA

HIC ratione nova gemmarum prodidit Ortus
Nè lapidum vires clarius hincque patent.
Quicquid confuſim ueteres poſuere Periti
Hinc ſatis elucet tollitur ecce labor
Eggregias carpis laudes molimine miro
Ioſeph, naturæ dum tenes ipſe ſinus.
Sic monumenta ſtruis nitidis connexa lapillis:
Quot gemmas trudis ſtemmata totque paras:
Auſpicijs fauſtis non te mala Numina lædent:
Heros de Bellis aſpera bellageret.

D. RO.

D. RODULFUS

CARUSI.

EPIGRAMMA

JOſeph Gonnelli ſurgit ſub ſidere fauſto,
Intsr, qui, primus lapidum tentamina ſumbſit
Gemmarumuè nitorem (ſæcli gloria felix(
Hoc, quod ſplendeſcit ſublime uolumine digno
Maxima, ſi, tu Philoſophus modulamina diſces
Colllgis ex iſta modica farragine gemmas;
Quæ Ioſeph proprio famam rapuere labore
Dum manibus nitidis geſtæ ſunt pondere tanto
He-

Heros uera loquor: gemma eſt pretioſa loquela,
Et fatigata tuos modò tangit fama triumphos
Poſt quam dè Bellis Heros enſe tenetur,
Qui cunctis fertur celſe per compita mundi

U. J. D. PHILIPPI

DE BENEDICTIS

QVæ pretioſa dedit rerum ſecunda creatrix
Colligis hoc libro docte Gonnelle tuo
At natura prius tanto te munere donat
In te quod pretij poſſidet ipſa locat

U. J. D.

U. J. D. NICOLAI
GEORGII.

DUm Gunnella nouum induſtri ex arte libellum
Sat bellè, Bello parturis ipſe tuo
Gemmar, nobis pretioſa pericula promis,
Vndè boni ingenij gemula ſparſa micat.
Omnia iudico ſtricte metiris; & ortum
Et cauſas mira cum breuitate doces
Talibus ex auſis, poſt priſcos laudis honores
Exornat cartas grolia prima tuas;
Sic intacta uagæ referans arcana iuuenta,

Non

Non peritura tibi nomina magna paras,
Nataque Lethæis iam nupèr opuſcula riuis
Lethææ offenſam non patientur aquæ.

EMI-

EMINENTISS. SIGNORE.

IL Dottor Fiſico Giuſeppe Gonnelli volendo dare alla luce delle Stampe un libro intitolato *Theſaurus Philoſophus ſeù de Gemmis & Lapidibus pretioſis*. Priega V. Em dare le ſolite licenze, e l'haverà à gratia ut Deus.

I.M.

De Mandato Em.

Rev. P. Ioſeph de Luciis Soc. Jeſu revideat, & inſcriptis refetat 4. *Ianuarii* 1702.

D. Petrus Marcus Giptius, Can. Dep.

OBtemperans præcepto Eminentiſſimi ;vidi librum Ioſephi Gonnelli cui titulus *Theſaurus Philoſophus de Gemmis* & cum in eo ni appareat contrarium ſide & ſacris moribus ſi videbitur extimatiſſimo poteri- Typis dari 23. Febr. 1702t

P. Ioſeph de Luciis Soc. Ieſu

EC-

MO RE
ECCELL. SIG.

GIo: Battiſta Komarek, Stampatore in queſta/ fedeliſſima Città ſupplicando eſpone, come deſidera ſtampare un libro intitolato *Theſaurus Philoſophus, ſeu de Gemmis, & Lapidibus prætioſis del Dott. Fiſico Giuſeppe Gonnelli* Per tanto prega l'E. V. commetterne la ſolita reviſione à chi le parerà, e l'avrá à gratia ut Deus.

V. I. D. Nicolaus Vlloa Severino videat, & inſcriptis referat.

Andreaſſi R. *Guerrero R.*

EX-

EXCELLENT. PRINCEPS.

LIbenti animò, ut Excell. Tuæ dicto audiens eſſem, Doctoris Phyſici Ioſephi Gonnelli viri qua publicâ, qua doctrina laude floventiſſimi opus hoc, quod inſcribitur: *Theſaurus Philoſophicus, ſeu de Gemmis Lapidibus prætioſis*: ſedulò perlegi, & in eo nil quod Regiæ Juriſdictioni adverſetur nihilque probis moribus noſcium oſtēditur; imò omnibus eſſe numeris abſolutum, & eleganti contextum eruditione, concinnatumque inveni, idcirco quum dignum tum perutile prælo tradi, & in lucem prodire cenſeo, ut eius doctrina perenni per ſonet planſu, ſi tamen Tibi Princeps Excellentiſſime, cui ut par eſt, me ſubiicio, id ita ratum fuerit. Neapoli pridie Kalendas Aprilis MDCCII.

Excellentiæ Tuæ.

Obſeq. & Humill. Famulus
D. Nicolaus de Vlloa Severino

AD LECTOREM.

AMicorum perſuaſionibus tractatulum hunc de Gemmis, & Lapidibus publici juris facio, quem mihi conſcripſeram ex diuturna, ac laborioſa Authorum lectione; & in alphabeticam ſeriem eorum ordinem diſpoſui, quò facilius tibi obviam fiat, Amice Lector: perlege igitur, ac deprecor animadvertere, me quintum luſtrum vix ultra attigiſſe; credam tamen temporis progreſſu, Deo annuente, meliora tibi daturum: dicam enim non ſolum de Lapidibus eorum principiis,

&c. verum atque de virtutibus, juxta illud, in herbis, verbis, & lapidibus; ideoque collegi quidquid potui, eorumque primordia, & ſingula explicabo.

PRI-

Google

PRIMOQUE nè ſic citius ad Gemmarum materiales cauſas progrediar, de Metallis, & Lapidibus aliqua in genere præmittam; & quidam ex Priſcis Phyloſophis ſtatuere metalla, & ſaxa in quibuſdam Terræ plagis ex primo Ente impoſita; ſed quanta ſit futilis hæc ſententia ex ſe patet; quia metalla ex uno loco quotannis auferuntur, nullatenus tamen materia, uti refert Maginus de Inſula Ilva, ſicuti anno antecedente diminuta nõ videtur; ideoque ridicula proponere, atque refutare non curabo.

Antiquorum altera ſententia in metallorum generationem ad Planetas recurrebat, ita quoque Divus Auguſtinus

de Civitate Dei; & ſic diſpares Planetas influere metallorum diverſitatem, ut Sol aurum, Luna argentum, &c. in Lunam tamen magnum ſtatuere negotium, in ejuſque incremento, decrementoque. Hujuſcemodi ſententiam male nixam fundamento unuſquiſque obſervare poteſt, ſicuti de ejus vanitate optime cecinit Franciſcus Petrarca

Fera Stella ſe'l Ciel hà forza
in noi
Quant' alcun crede....

Adde talẽ diſcurſum à phyloſofandi methodo longe aberrare, ut Ariſtotelis textus habet, ad remotiores cauſas non recurrendum, cum proximiores haberi poſſunt. Secundo miror quare hujuſcemodi ſententiæ baſis aliquibus

arriſit, cum inequalis Lunæ illuminatio ex varia oppoſitione cum Sole in Zodiaco dependeat, ex quo à Ricciolo dicta fuit Lucuna, ſicuti græce appellatur ζελαναιον ſcilicet ſplendor novus; ut iſta carmina egregii Vatis ad verbum confirmant.

. : . . *E così ſuole*
Cintia di non ſua luce arder' in Cielo,
Che vaga di ſpiegar l' argenteo velo
Corre i bei lumi à mendicar dal Sole.

ergo Lunæ tanta virtus attribui non debetur, & nos eos derelinquamus ſub ſilentio Lunæ.

Ex aliquibus Chymicis habetur ex mercurio, & ſulphure inter ſe taliter combinatis

diverſitas metallorum oriri ; & dicunt ſulphur patris ſemen eſſe , merc: verò menſtruum Matris ; itaut ſic progignatur aurum.

Scilicet ex ſulphure rubro, & citrino, majoris quantitatis ac merc: argentum verò, ex parte ſulphuris albi majoris molis , ac merc: ambo tamen eſſe debent pura, & fixa ; in argentum verò tanta condenſatio non requiritur , ut in auro, & graduatim minus ſupponitur in aliis metallis ; licet ſi hæc opinio non diſpliceat, e διάμετρῳ tamen eam non amplector; quia ſi ambo fixa ſunt, quale eſt hoc agens ,quod arctius ſic ipſa coſtringit; ſecundo, ſi ſunt fluida , ſulphure coagulato quomodo merc: ſic habetur ; & è radicibus obſtat

ar-

argumentum, merc: non depuratus difficile indureſcit, eo magis depuratus; ut optime ait Helmontius *de Virgine impolluta*: ulterius plus iſte, vel minus gradus perfectionis, ex quo aurum, argentumque conficitur, unde originem trahit, non ex calore, quia æqualiter ubique eſt, Eraclito teſte; ſi magis regnare uno, quam in alio loco autumatur, ſomniare eſt; ſed ad hoc ut merc: coagulationem acquirat ad aliud recurrendum eſt, ut fuſius infra.

Ariſtoteles prolixiori ſermone rem aggrediens, aſſerit vaporem cum exalatione ſubterranea, ex frigido centrali Terræ condenſata metallum producere; ulterius pluribus in locis proponit cauſas, ut

ita loquar , inſinitas , nempe Solem pro efficienti cauſa remota; merc: & ſulphur pro eſſicienti cauſa proxima , vaporem , & exalationem pro cauſa materiali; At nulli hominum adhuc contingit excogitare quæ methæora ſint ita compoſita ex vaporibus exalationibuſque talis conſiſtentis naturæ.

Secundo circa merc: & ſulphur, quod contra Chymicos aſſertum fuit , hic quoque robur optimum habere cenſeo , licet ſi huic Ariſtothilis aſſiomati multum Taſſus arriſit

Trovammo un rio più ſotto il qual diffonde
Vivaci ſolfi, e vaghi argenti, e vivi,
Queſt' il Sol poi raffina, e'l liquor molle Strin-

Stringe in candide maſſe, e in aureе zolle.

Cardanus verò metallorum generationem non admodum ſe agnoviſſe fatetur, cum bitumen aſſerit materialem eſſe cauſam, cum aliis tribus efficientibus humido nempe, calore, & frigore; ſed melius, ut ipſe refert, Hector Boetius aſſeruit ex terra lapides, & ex aquis metalla progigni: equidem impugnatio hic locum non habet, quia humiditatem prò accidente non amplector, ex igne nunquam poſſe naſci metalla, & lapides alibi acriter ipſe Author defendit.

Ex aliorum aſſertionibus palam fit merc: cum ſpiritu lapidifico producere metalla; & opiniones iſtæ porro deicien-

dæ non ſunt, quia ſi metalla convenientibus induſtriis inſtrumentis ſolvantur, in ipſis maxima merc: copia proſpicitur reſtagnare; ergo ſi originem nequaquam ex mercurio traherent, unde argentum vivum iſtic repertum habetur: ſecundo omne reſolvitur in quod componitur, ergo cum metalla in merc: reſolvantur, ex merc: conflantur: explicatur, nam merc: in centro Terræ, ut ita dicam, aut in aliis Terræ hyatibus cum ſubiaceat, ex ſpiritu petrifico inventus, acidam naturam continente, reſtringitur, & coagulatur, itaut partes merc: quæ motu præditæ erant, aſtringuntur, & firmantur. Diverſitas metallorum tamen dependet ex plus

mi-

minuſve merc: conſtipatione, & conſtrictione.

Ad illam propemodum Martini del Rio experientiã, merc: nempè imperfectum aurum transmutaſſe; & Cardani referentis, quod ſi merc: coagulatur in aurum convertitur: Reſpondetur, quod ſi merc: arctius coagulatur aurum progignitur, minus argentum, &c. & metalla ex mercurio originem trahere nobiliter probatur ex eo quod, ſi ex aliquo metallo anima extrahatur merc. immixta, in ipſiſſimum metallum convertitur merc: ex quo anima ablata fuit.

Ex Donſelli habetur quod virtus uniuſcujuſque metalli ſi optime imprimitur in merc: aurum progignitur, ſi minus argentum, &c. quæ virtus ſe-

minalis dicitur ; & quia ejus queritare eſſentiam obſcurè videatur, ideo nec ultra addam.

Sed quare metalla prepoſui, ſapere curioſus eris, amice Lector, hic quoque tibi ſatisfaciam ; ſicuti metalla in methæorologicis, & ſubterraneis impreſſionibus continentur, ita & gemmæ: ſecundo quia ex eodem ſpecifico menſtruo, ex quo metalla progignuntur, quoque etiam conflantur gemmæ ; Tertio, quia exiſtimo colorum differentiam in gemmis oriri ex diverſa ſulphurum, ac metallicorum ſpecie ipſis impact ; idemque de lapidum ſpecie, & genere cenſui ſermonem inſtituere.

Quid ſit merc: optimum foret patefacere, ut Helmontius ejus materiam Bur denominavit;

vit ; Ariſtoteles Butyrum, ſed brevitatis gratia hoc derelinquo.

Jam vero prænarratis metallorum diverſitatibus; de lapidibus in genere ſermonem inſtituemus, & varia de ipſis Authorum ſyſthemata explanabimus; unde inter primos Etmullerus refert diviſionem illam egregiam de lapidibus pretioſis, & non pretioſis, ex principio *ſalino* conflatis, ut *infra*, de rudibus vero, ſeu minus pretioſis lapidibus, unanimiter quaſi antiqui omnes Ariſtoteles ſcilicet, & Galenus cum Recentioribus ſtatuerunt illas ex materia viſcida, & limoſa mediante calore eam condenſante, & deſiccante generari, ſymbolitatem de μικρο-κόσμῳ afferentes ; inter quos

pri-

primus Galenus contra Ariſtotelem contendens, ſic ait, ex calore, & Terreſtri materia cõſici lapides; quæ Galeni opinio ſic obicitur, in humido non liquantur lapides; ſed textus Ariſtotelis eſt, quidquid ex calido conſtipatur liquefit ab humido (quod aliter Quercetanus de ſalibus refert) ergo non progignuntur lapides ut Galenus opinatur: ulterius ſi calor ad ſaxeam molem conficiendam requireretur, in fluminibus, fontibuſque, &c. in quibus nulla iſtius primæ qualitatis portio adiacet, nequaquam in ipſis conflari deberentur; pariter in libris Magni Alberti conſcriptum reperitur, Gotiam fontem continere, in quem aquæ guttulæ decidentes in lapidem commutan-

tantur, Flumen Lyconum, eadem qualitate præditum viſitur; ideoque cum iſtis in locis frigus perſentiatur; diffringitur proinde opinio de calore in lapide generando; ita refellenda illa opinio aſſerens ex igne lapides conflari poſſe, ut Virgilius

Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam.
Flammarumque globos, liquefactaque volvere ſaxa.

Et alibi

Interdum ſcopulos avulſaque viſcera montis
Erigit eructans: liquefactaque ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque extuat imo

ſicuti etiam Pindarus in Pythiis

Κίων

Νι-

Νιφόεσσ' εἶτνα πάντετες
Χίονος ὀξείας, τιθήνα
τᾶς ἐρεύγον θ. μῆν ἀπλά
Του τυρος ἀγνότατ
Εκ μυχῶν παγαὶ ποταμοι &c.

Sed cum illa intra ignem firmiter aſſerantur eſſe lapides; firmiter quoque maculæ ſolares decernerentur, ad quarum explicationem certatim contendunt Aſtronomi, ut Claramontius, & Cottunius dixerunt methæorelogicas eſſe impreſſiones; alii vero fuligines ipſius; Galileus vero tanquam reſtaurator rerum accuratius eas obſervavit.

Temporis autem progreſſu annuam lapidum primordia non ſecundum antiquorum effatum; quos hic derelinquo; ſed referam tantum Hippocratem fatentem lapides

des ex ramentoſa materia progigni, & calore intermedio condenſari, ut in aphoriſmis, ſi fabuloſa ſubſiſtunt in urinis ſedimenta, calculos oſtennis cadunt; quod obicitur, quia calor, vel pro ſubſtantiali forma ſupponitur, vel pro accidentali, à ſubſtantia emanans; ſi primo potius uſtio oriretur, quam coagulatio, ſi ſecundo urget argumentum Ariſtotelis, quia vel remanet in glutinatione lapidis, vel non, ſi primo ergo lapides in algenti loco impoſiti, in priſtinum ſtatum tranſmutarentur, ſi ſecundo, oporteret quippe oſtenſum exponere actionem, utpotè indiſtantem, ſed quidquid intus clauditur palam infra oſtendam.

Cardanus pluribus in locis

dum

dum expreſſam neſcit ſtabilire ſententiam erga lapidum ortum, ſic poſtea annuit lapides ex ſale naturæ originem ducunt, quid verò ſit hoc ſal naturæ, uſque adeo non expoſuit; alias refert motum eſſe adeo neceſſarium cum prefato ſale, & terra, inde eſt, quod Oceani lapidibus plena littora videantur, quia in ipſo ponto aqua cum motu & terra reperitur.

Sed quia ſalis hujuſce obſcura eſt compoſitio; & motum ipſe Author alibi contendit, quia lapidum partus, potius quiete, & ſtabilitate, quam motu indigent, ut evidenter nitet in ſtagnis, ac alteris quietioribus locis, ideoque ſatis apparet ſuæ ſententiæ contradici.

Alii vero Authores Fernelius ſcilicet, & Riverius ſuas quoque expoſuere ſententias, primus lapidificam diſpoſitionem, quam ſpiritum lapidificum alii, & nos appellamus, admiſit; ſalina quadam natura, ſe intrudente in Terream molem, Terreæque partes conantur ex hoc menſtruo coaleſcere; & in hominem pertingente eum conſtipat, fixat, & firmat; ut Aventinus refert in quibuſdam Regionibus quadam aura flante, multos homines in marmoreas machinas ſtatum commutaſſe; ut etiam anno 1343. ex quodam Terremotu pluſquam quinquaginta Paſtores, Vitulaſque, & Vaccas in ſalinas ſtatuas demigraſſe; In Armenia refertur quoque Equitum Turmas

ex

ex meridiana aura in petras commutatas fuiſſe, ordinem tamen ſecum habentes poſtea, ac antea methamorphoſin.

Licet Medici Antiquiores hujuſcemodi Hiſtorias plures referant, phænominis tamen ignorant explanare naturam; quod taliter enucleatur; quia ſpiritus lapidificus invadit hominis ventriculum, inteſtinaque, & ſanguinem, deinde pituitam, bilemque compeſcit, cerebrum, humoreſque omnes contentos, continentes, impetumque facientes ſua virtute coſtringit; & tali modo enucleatur factum.

Schroderus de regno minerali aſſerit corpora dura lapides eſſe, ex ſpiritu lapideſcente, & materia viſcoſa, & tartarea coadunata; ſed male qui-

dem

dem ſuum intentum non patefeciſſet, ſi talis menſtrui enucleaſſet naturam.

Sandivogius ſententiam ſtatuit lapides oriri ex aqua, & limoſa Terra, quæ temporis protractu ex petrifico ſucco, ſive calidus ſit, ſive frigidus, impactitatur, unde lapides formæ progignuntur; & cogitur hoc manifeſtis rationibus oſtēdere, dum de fluvialibus lapidibus ſermonem inſtituit.

Solons ex particulis mineralibus lapides oriri ſcripſiſſe comperimus.

At aliorum recitatis ſyſthematibus, meum hic adducere non immorabor; Principia enim lapidum in genere nempe, & in ſpecie, ex aquis materialem originem trahunt; & aquæ licet dulces guſtentur,

per terræ hyatus (dum è ponto oriuntur, pertranſeuntes ſalſedinem deperdunt ; quod ex Anglicanis claſſibus, & Flãdricis elapſis annis expertum fuit, & ex noſtris Armamentariis experitur ; idemque ex illis aquæis moleculis Terræ hyatus perambulantibus, integrum aquarum agmen inſpicitur, vulgo flumen ab Antiquis, & Recentioribus appellatum, & quod flumina ex mare exeunt, & in ipſum intrant, ſacræ litteræ textantur, & quidam Poeta Italus confirmat

Dal Mar eſce, al Mar riede
L' humor de' fonti

Hæc pro comuni ſententia ſequitur, quam quoque ego amplector, licet ſi Nili fluminis origo certa ignoratur, ut Lucanus

Arcanum naturæ caput non
prodidit ulli
Nec licuit populis, parum te
Nile videri
Ammovitque ſinus, & gentes
maluit ortus.
Mirari quam noſſe tuos

Uti etiam Italus Vates

Quel'io mi ſon Principi invit-
to equale
Per origine forſi al Nilo altero
Perche ſe ei chiaro ſi rende, &
immortale
Per occultar il ſuo principio
vero.

Licet hiſce temporibus, ut ita loquar, noſtris Nili principium innotuit montibus Lunæ in Mauritania, quod altius cadendo increpat, aqueas moleculas producit, & iridem, aliaſque faſes procreat, quod hiſce verſibus pauliſper ex

Pe-

clarum eluceſcit, quia ſi in renibus propter ramulos Lymphaticos oriuntur calculi, itá, & cæteris partibus.

Robertus Boyle circa lapides multum conferre judicavit figuram, quam ſententiam refellere non curabo, quia hæc talis, vel altera figura erga gemmas accidentaliter ſe habet, & circa lapides; cum omnes ſint vel quadratæ, vel triangulares, vel ellipticæ, vel poligonæ &c.

Iam verò tot enucleatis difficultatibus, ut fulgidius noſtra ſententia eluceat, de coloribus, de petrificante ſpiritù, ac de aqua verba faciemus.

CAPUT I.

De petrificante ſpiritu, ſeu de lapidiphico menſtruo.

INter primos Authores, Sandivogius hunc ſpiritum admiſit, ipſius tamen non explanavit naturam; quia ad calidum, & frigidum recurſum habuit, ideoque ni fallor obſcura admodum hujus Authoris ſententia mihi videtur.

Et Mullerus ſpiritum petriphicum appellat ſal centrale, ſeu ſal univerſi, vel ſpiritum ſalinum ſubtiliſſimum.

Helmontius vocat tale menſtruum ſpiritum ſalinum coagulativum, aptum in aquam miſci, unde gemmæ, lapideſque progignantur.

Schroderus de corallis tale men-

menſtruum ſuccum lapidiphicum denominat, unde Augurellus canendo dari concinnit, quomodo vero opus conficiatur non promptè agnovit.

Quam invenire non uſque adeo difficile eſt.
Habilem, ſed reddere maſſam hic labor, hoc opus.

Donſellius petriphicantem ſpiritum ex fętore corruptorum entium provenire annuit, ſed hoc eſt valde obſcurum.

Attamen in re tam obſcura me hujuſcemodi principii aliqualiter enucleare eſſentiam diſpoſui; & primo hic ſpiritus ſalinus, nitroſus, volatilis, ac ſulphuræus eſt; qui in aqua immerſus, & lapides, & gemmas, ac calculos procreat; ſicuti de cryſtallo, glacieque tractavimus; nives

etiam, & grandines ex aqua, & petrificante menſtruo conflantur.

Nix enim (ut res clarius eluceſcat) ex vaporibus in ſecunda aeris regione progignitur, non ex frigore; juxta Ariſtotilē eos conglaciāte; ſed ex ſpiritu petrificante, qui cum volatilis ſit, in aere cum ipſis vaporibus transfertur, & exalationibus devolat; hinc quanto plus hoc ſpiritu vapores ſunt præditi, eo magis grandines procreātur, ſi minus, nives &c., quæ methæora plerunq; hyberno tempore adſunt, ut Germanus Brixius.

Hybernæque cadunt pluviæ concretaq; grando.

Licet ſi apud Veteres opinio circa grandines extabat, aquam nempè prius in nivem habire, poſteaque ingrandines

quod

quod vanum ego opinor, cum hoc provenire dumtaxat ex plus minuſve petreſcentis menſtrui copia exiſtimo, & tali mæthodo æſtivi grandines è Cælo elapſi, ac nives explicantur.

Reſtat modo patefacere aquæ guttulas decidentes in aliquo loco quomodo lapideſcunt ut ipſe ſæpe vidi prope oppidum Foſſaceca dictum; in quo reperitur antrum, & ibi aquarum moleculæ decidendo lapideſcunt, in quo explicando magna extat elaboratio Simonis Barri in æpiſtolis memorabilibus *della grotte di Foſſacieca*; Letinenſe quoq: habetur antrum cognomento Peſcopan, græco idiomate vocitatum, ideſt omne circumvolutũ ſaxo, in quo etiã ſtillando lapideſcit aqua, ſicuti etiam

in montibus prope Avellam plurimæ ſpelũcæ reperiũtur ipſiuſdem phænominis: Dico igitur hoc reſolvi quia aer iſtis in locis pluribus ſalinis nitroſis volatilibus, ac ſulphureis particulis præditus eſt, hinc lymphæ guttulæ decidentes tali petriphico mẽſtruo imbutæ, condenſantur tandem; unde idem eſt petrificum menſtruum, ac dicere ſalinas partes nitroſas volatiles cum ſulphureis particulis.

Pariformiter varia quæſita enucleantur; quare nempè quamplurimæ diaphanæ ſubſtantiæ, ac opacæ animalcula nectere videntur ut Robertus Boyle, & ſolito more martialis cecinit.

Et latet, & lucet phætontide condita gutta
Ut videatur apis nectare clauſa ſuo.

Cre-

Credibile eſt ipſam ſic voluiſſe mori.

Et alibi idem Author.

Dum phætontea formica vagatur in umbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram
Sic modo quæ fuerat vita contemptacontempta manentes.
Funeribus facta eſt, nunc prætioſa ſuis.

Unde ita firmiter puto, & in animum ſiſcitor hanc opinionem circa petriphicũ ſpiritum ; ut libentius dicam carmina Augurelli.

Exemplo hoc ceedas, neq: quod me Judice ſemper.
Acrius inſpectus, & quæ ad cuncta reduces.

Et alia duo Franciſci Petrarcæ ſi audaciora loca nõ eſſent.

Vdito queſto, perche al verſi deve.

Non contraſtar, mà da per-fetta fede.

CAPVT II.

De Coloribus.

POſteaquam de ſpiritu petreſcente ſermonem inſtituimus, de colore nunc verba facere optimum cenſeo, & primo referam impugnationes illas, quæ contra Antiquorum axiomata habentur, negantes in Iride eſſe colores, verum tantum luminis modificationes; cum accidentia non poſſint ex una in aliam ſubſtantiam demigrare, ideoque ex obiecto ad oculum pertingere nequeunt, & nec ad aerem eſt recurrendum, quia coloratus utique proſpiceretur, & colorum in-

de duo principia eſſent, unum ut quod, & ut quo alterum; neque dicendũ, ut ajunt, erem, eſſe traductorem colorum quia urget objectio, ergo aer eſſet coloratus dum ſubjectum coloris eſt.

Avicenna verò, & Averroes in colorum productione ad calliditatem, frigiditatemq; recurſum habuerunt & ex eorum permixtione varios dependere colores, album ſaltim, & nigrum.

Cardanus licet nova excogitavit, optime prorſus non placet, etiamſi Galeno alioquin arrideat, dum adaerem intra poros recurrit ex algore cõgelatum; ponitq; etiam quomodo album uſtione proveniat, ut in oſſibus, ablutione ut in linteis agitatione, ut in ſpuma &c. indeq; ex albi ni-

grive permixtione alios colores originem trahere ; & quo plus album nigrumq: excedit , eo magis colorum diverſitas apparet : rerumque etiam coloratarum proponit differentias, nempe quod multa ſint colorata, & non perſpicua, ut aurum, multa verò perſpicua, & non colorata , ut vitrum &c. ſed ex aere congelato intra poros rerum , colores dependere, ſupra humanum captum eſſe videatur , quia aurum argentumq: ac ovorum cortices ad fervidam flammam impoſita, haud ſuum candorem deperdunt ; & quomodo colores progignantur infra exquiſitè dum uſque potuero elucidabo.

In gemmis ergo exiſtimaverim gigni colores ex varia luminis

minis refractione , unde ex ipſius diverſitate,varii ac multiplices proſpiciuntur colores: ſimmitria autem nil aliud eſt quam partium eminentia, aut diverſa ſuperficies &c. quod annuit etiam Etmullerus.]

Macrobius cum Democrito idem quaſi adnotare videtur ; cum ad viſum tria eſſe adeo neceſſaria proponit, viſus, nempè oculus, lumen, ſeu aer luminoſus, & objectum.

Petrus Gaſſendus in corpore colores aliud non eſſe ſtatuit, quam ipſiuſve corporis modi, qui modi, luminis effluvia huc, illucq: remittunt.

Renatus de Scartes dum colorum diverſitatem profligare defatigat, ad radios varie modificatos recurrit :unde ſi lu-

minis propagines, ſeu radii refranguntur, & ſuum robur deperdunt, ac ſuffocantur, nigredinem obviam faciunt; albedo vero tunc fit, cum radii luminis ullam repercuſſionem, ac refractionem in objecto patiuntur.

RefertPlutarchus Epicurum Theophraſto librū ſcripſiſſe, in quo habetur colores in corporis reſpectum attribuiſſe; album enim ex luce pura progigni, in corpore ſuperficiem habente minutiſſimarum bullarum conſperſam, oculos tandem feriente; nigrum vero ex talis corporis textura ut plurimis non tam bullulis ornetur; ita ut radiorum copia plus intra bullulas, & cavitates includatur, quam oculos feriat.

Robertus Boyle ad talem

cor

corporis partium ſuperficiei diſpoſitionem recurrit; lucem nempe recipiendo ac ipſam modificando ad oculos demittit; quæ caractherizata illuminatio album, nigramve appellatur, & cum Epicuri ſententia ſuam appellit opinionem, de phiala atramento plenæ experimentum narrariæ.

Nigrum per Boylem fit ex corporis varieate in particularum Simmitria, & tale corpus cavitatibus eſt conſperſum unde luminis effluvia, dum intus pervadunt ad oculos feriendo tarde pertingunt.

Album verò fit quoties cavitate corporis non adeo proclivæ ſunt, & imæ, ita ut radios ad oculos demittere libenter ipſum corpus habeat.

Ex Virorum citatis opinionibus

nibus, porrò ſtatuendum judico in gemmis colores ex luce conflari & in ipſis taliter modificata, ita ut ex luminis varia modificatione, varii colores producantur; dum experitur optimè ex eo quod ſi lumen auferatur, tollitur & omnis color ut Virgilius.

...... *Et nox abſtulit atra colorem.*

Ideoque lumen variformiter modificatum, principium colorum in gemmis exiſtimo.

Taſſus etiam tali opinioni aſſentitur, dum experimentum de columba canit, diverſimodè ſe movente ante radios ſolis, varios progignente colores ut

Così piuma tal'hor che di gentile
Amoroſa colõba il collo cinge,
Mai non ſi ſcorge à ſe ſteſſa ſimile.

Mà

Mà in diverſi colori al Sol ſi
tinge
Hor d'acceſi rubin' ſembra un
monile
Hor inſieme ſi meſce, è varia,
è vaga:
In cento modi i riguardanti
appagga.

Unde concludimus ex dicto Boyleo, album uti, & nigrum confici in gemmis, diaphinitas ex pororum directione dependet, fulgiditas vero ex non totali radiorum tranſmiſſione, & opacitas ex pororum diſtractu &c. unde ſi totum hoc memoraberis enucleabis apprime gemmarum colores ex ipſarum varia ſimmitria, & metallorum diverſam compaginem.

CAPUT III.

De Aqua.

HActenus jam de coloribus, & lapidibus ſermonem inſtituimus, mox tandem de aqua aliqua attingemus, cum eam pro gemmarum materiali principio decrevimus.

Aqua igitur ab antiquioribus Philoſophis inter prima elementa connumeratur, ex Pindaro tamen, & Thelete inter prima primum locum obtinuit; unde aqua, ajunt, ſignificare habent à qua omnia, & huic ſententiæ plures noſtri ſæculi fautores arriſerunt.

Principia rerum ex Ariſtotile elementa cenſentur, inter ſe combinata per aliqualem

ami-

amicitiam, ſeu κράτιν juxta Empedoclem; principia tat: men proxima materia ſund forma, & privatio, quo apertius nitet in ejus textu..

ἔςω δ᾽ εἰς ςοιχεῖον τῶν σωμάτων εἰς ὃ τ᾽ ἄλλα σώματα διαιρεῖται ἐνυπάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ.

Sicuti etiam Poeta perbelle depinxit.

. . . . . *Nam hec infima Mundi*
Quatuor includit genitalia corpora Terram
Et tenues undas, quiq; undis altior aer
Incubat: & volucrem campos ſuper aeris ignem.

Eraclitus verò pro primordio rernm omnium ignem admiſit; Exiodus Terram, unde ille Vates ſic cecinit,

Ex Terra cũcta in Terrã cũcta redibunt.

De-

Democritus, Epicurus, & Leucippus atomos eſſe principia rerum aſſeruerunt; Pindarus, & Helmontius naturam liquidam, ſeu aquam; ſicuti & nos ad lapidum,gemmarumve generationem decernimus.

Plato Deum decrevit,exemplum, & materiam pro principiis; alibi verò conſtituit infinitum, & terminum.

Chymici ſal, ſulphur, & merc.rerum exordium putant itaut pro materia ſal, pro forma ſulphur, & merc. pro idea inſervirent.

Nos vero cum gemmarum optimũ cenſeamus conſtituere principia; fas eſt Cælum deprecari juxta Virgilium.

Dii quibus imperium eſt pelagi, quorùm æquora curro,
Vobis lætus ego

Aut

Aut juxta alium Vatem
Vos ò Calliope precor aſpirate canenti

Dico autem, creavit Deus aquam in principio, cum tenebræ erant ſuper terram, & ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas; ex qua indè prodiere animalia, ut in geneſi, producant aquæ reptile, & volatile ſuper Terram; idcirco rerum primordium aquam putamus eſſe, juxta Virgilianum etiam effatum.

Oceano libemus ait, ſimul ipſa precatur.
Oceanumque patrem rerum Nimphaſque ſorores.

Ex Oceano tamen flumina origiuem trahunt, non vero ex aere ſub Terreis cryptis in aquam converſo ſi quæres, quali colori nè ſcatere habeant aquæ, adhoc ut in gem-

marum generationem inſerviant; ſatisfaciam hiſce carminibus.

Sic aqua clara fluat, qualis
nitidiſſimus aer
Et tenuis currat nulla puriſſima limo.
Sitque ſapor nullus, ſit procul omnis odor
Frigeſcat breviter, modico ſimul igne caleſcat.

Si iterum petas, quare aquæ tot variis ornantur ſaporibus, & coloribus; uti in Hiſtoriam Mitridatis habetur, quod cum ipſe Rex arma contra Phrigiã parabat, illic in agro ſalinum inrupuiſſe flumen, & cum ipſo maritimos apparuiſſe piſces; uti etiam prope meam Patriam in Pratilla ſcilicet, flumen adeo parvulum habetur croceo colore præditum, & ſapore acido, in agrorũ etiam pla-

planoplapiana dicta ab meis conterraneis, fons adhuc habetur ſulphuæi ſaporis : Sed hoc è mare non provenit, verùm tamen ex ſulphuribus, & ſalibus in Terræ concavitatibus adunatis, & metallicis, aquam penetrantibus; ideoq: aliquoties aquæ variis ornantur ſaporibus, & coloribus.

Cardanus etiam confirmat ex ponto flumina originem trahere, *ſicuti fontes*, & cætera hujuſmodi: nullum tamen ſaporem, ac frigiditatem continere habet aqua ut ſaluber & bona exiſtimetur juxta Hipp de puerorum morbis; quia ſi frigida eſt, multum ventis, ac ſpiritu quodam eſt prædita: ita quoq: ſi ex lapide, aut ſaxo oriantur, non ſalubris naturæ putatur; quia craſſitiè plerumq. referta eſt; & ſpiritu

quo-

quodam ; ſed multum non fallitur divinus Coo , quia ſi frigida eſt aqua, aut ex ſaxo originem trahit, ſemper ſpiritu petrifico eſt prædita.

Salluſtius , & Macrobius etiam dicunt flumina ex mare progigni, ſicuti ex ponto hadriaticum mare : Tirrenum &c. prodeunt, ita ex ipſo mare omnia flumina oriuntur; dicam tamen eruditionis gratia, aquam maris in fundo eſſe quam maximè dulcem, ut plurima textantur experimenta.

Rurſus explicando alii naturam aquæ , ad partes taliter ſe habentes recurrunt ; ſicuti Junken habere ſcripſit rotundas , fluidas, flexibiles, & voluibiles, non vero anguillares, quia potius eam im-

plicarent, ni fluida curreret, vel in vapores abiret.

Helmontius tamen non ſolum partes aquam componentes, ſed etiam cum Boyle, Schi. kleoq:experimentum de mentha, & ſalice miri ponderis ex aqua habiti deſcripſit.

Herfelt annuit habere aquã partes teretes, & flexiles, ita ut blandum corpus conſtituant.

Aqnæ jam jam manifeſtata tam ex Recentiorum, quam Antiquorum placitis, & patefacta natura; opportunum cenſeo eam per partes explicare: & dum in aqua patrificus ſpiritus commiſcetur, tunc moles ſaxoſa progignitur; neque dicas hyeme plerumque congelari aquam; quià tunc temporis petreſcentis menſtrui ingens copia reperitur, in-

indequè ex ipſo etiam perſentitur frigus, dum ſpiritus in animalium partibus ſicat, ita quoque explicatur congelatio aquarum, fontium, fluminumque &c. ob ſpiritum petrificum immerſum in ipſis.

Pro coronide hujuſce tractatuli referam id quod Boyle ſcripſit de nitro ad lapides conficiendos, adamantem, ſcilicet, ac cryſtallum &c. hoc eſt ex nitro & omnibus ſpiritum petrefacientem componentibus lapidum omnium ortus dependere; & hæc de principiis conſtitutivis.

Hactenus de Principiorum ſerie; nunc de ſingulis gemmis tempus eſt, ut diſcurramus.

Adamas gemma eſt, ex verbo græco etimologiam trahit

hit ἀδαμας ob ſuam inſecabilitatem ἀϐαδάμαζω ſui durities ad tantum ſe extendit ut nunquam ſecari poſſibile fuit, juxta Thomam Cornelium, & Sidonium.

Aut adamantibus per ſecuras rigidior inſecabilibus

Albertus Magnus tamen, cum Plinio, putat poſſe diffringi ex calido cruore hirci; quod ego inveſtigationis gratia, cum plura tentaſſem circa id, nunquam tamen ſucceſſiſſe omnes comprobarunt; fabulam tamen enucleabo, nimirum quod adamas unius configurationis poroſitates habet, calidus vero cruor hirci contrariam figuram continet, indeque intruſus ſanguis inadamantis ſubſtantiam ipſam permeando concutit, & ali-

qualiter ipſius partes ſeparat; quod optimè notum eſt Carteſianis Philoſophis, & Boyle iſtis, cum de aeris penetratione, & perflatu in rerum omnium poroſitatibus pertractatur. Authores remdurantē & longius durabilem ad adamātē comparant. Et longius durabilem adamātē. Camillus Leonardus adamantem ait ignē nec etiam diffringi poſſe, licet ſi per dierum ſpatium; 7. aut 8. detineatur; hodierna tamen experimenta aliter textantur: Adamantis ſpecies plures numerantur à Plinio; imo tot eſſe ſpecies diverſæ, quot variæ ſunt regiones, quæ ipſas producunt; prima reperitur in India in auri fodinis, & exagona eſt; ſecunda in Arabia, tertia in Macedonia, quarta in Cypro, & aeris colorem
nan-

nanciſcitur, quinta ferreo co-
lore conſpergitur &c. Ada-
mantes virtutibus quoq: ſunt
præditi ; magneticam ſcilicet
impedire aſtractionem ob ſui
ſpiſſam compaginem ; quia
cum ex magnete , & ferro
producuntur partes (ada-
mante intermedio) frangitur
ordo , & proſilire non poſ-
ſunt , & μεταμορφωσις non
attingitur , etiam ſi laterali-
ter ſupradicta bina corpora
proſpiceret ob ſui athmo-
ſphærium perſtrictè compa-
ctum , quia ipſorum corpo-
rum partes ad unionem con-
ſequendam permeare non poſ-
ſunt. Magi prædicant, geſtantē
adamantis mirū obſtare fero-
ces homines , & belluas , quod
per athmoſphæriū explicatur;
quia partes ipſius athmophæ-
rii corpervadentes , ipſum ce-

lerrimè movēt,& tota μικροκοσμου machina videtur concuti, indeque & ſpiritus omnes, ac cæteri latices, celerrimè ipſum corpus circumagrant, unde multo vigore adamantis Lator videtur præditus, itaut proſpiciatur ferox inſtar Vergilianæ belluæ.

Ut fera quæ denſa Venantum ſepta coronam
Contra tela furit: ſeſe haud neſcia morti
Iniicit, & ſaltu ſupra venabula fertur.

Ex Divo Iſidoro, & Beda adamantem coram veneno adumbrari, habetur quod enucleatur, quia denſiſſimus eſt, ideoq: cū ex quocumq: veneno (ſicuti ex quolibet corpore) tenues exileſque evolant particulæ, quæ penetrare nitun-

tuntur adamantis corpus, cum intus permeare non poſſint, infarctè in extima ſuperficie ſpectantur; ideoque umbratus proſpicitur adamas aliquoties tamen lachrymare videtur, & veneni undularum formulas promere, quod habetur cum major, aut minor veneni copia adamantem invadit, quia venenum aquea quaſi natura ſcatet. Adamantem Cardanus ait, fabæ magnitudinem æmulari, & pro virtute decoravit irrumpere vitreas omnes, & cryſtallinas ſubſtantias; imo ſi ex ejus pulvere armorum cuſpida inſpergantur omnes inimicorum ferreas moles diffringere facit. Ex aliis habetur gladiatorem egregium geſtantem reddere, inſtar illius

cujuſdam Poetæ.

Rompe, e folgore ſembra, e ſol dell' aſta
Con un colpo à levar due vite baſta.

Quod ſupra explanatum eſt. Gartia abhort, & Michael Mercatus idem confirmant, vocantes tantùm adamantem jura juxta Indianos; Taſſus aſperos eſſe adamantes cantavit, ut

Et i vaghi ſingulti, e i vaghi pianti.
Talche in cauta pietade, e quei martiri
Intenerir potea gli aſpri diamanti.

Aliquoties tamen ita ſunt levigati, ut ſi unus in alium ſupra imponatur, difficulter ſejungi poſſunt: juxta alios Authores ſunt obſcuri adaman-

nantes, quia ex ferrea fodi-
a originem trahunt, & fer-
eas particulas includunt jux-
a plures Authores, & Pam-
hilum Saxum.

Ferreus eſt adamas vulnifi-
cuſq.chalybs.

Abeſton lapis ferrei colo-
s eſt, Plinio teſte, ex Arabia
iginem trahens, & multum
templis Antiquorum deco-
tus ſtabat; crepitantes gene-
t flammas vix extinguibiles,
nuginoſamq:habet naturam,
quod ſalamandra ap-
ellatur: credebant aliquo hu-
ido oleaginoſo Antiqui
nc lapidem ſcatere, ideoq:
nerare flammas; nos dici-
us cum talis lapis confici-
r in ſinu Terræ, penetratur
multis metallicis particulis,
d maximopere à ſulphu-

 reis

reis , ideo flammam producit tandiù durabilem , quandiù ſulphuræa perſiſtit compago, uti clariori doctrina de gemmarum origine fusè ſuprà oſtendimus.

Abſcintus in gemmarum ordinem ab Authoribus habetur , nigris maculis eſt conſperſus , & rubris aliquando ; accenditur etiam , & per plures dies calorem fovere dicitur , quod explicatur per exiles particulas ignis in iſtius lapidis cavernulas exiſtentes, quæ dum egredi non poſſunt ob tortuoſos meatulos , ideoque ipſum tangendo percipitur color, cum ipſæ exire præoptant.

Achates juxta Plinium nigro colore eſt prædita , cum ramulis quibuſdam venarum alte-

...ra verò ſpecies achatis co-
allo eſt ſimilis, in Cretæ in-
ula naſcitur tertia ſpecies, ha-
ens (ut Albertus) in nigro
enas croceas; quarta vero in
ndia oritur ſanguineis gut-
ulis prædita, ſunt quædam
umina, quæ iſtius lapidis
eciem continent, uti quæ-
m alia, auream arenam
onducunt teſte Juvenali.

Quod Tagus, & rutila Pactolus
voluit arena.

Iſte lapis plerumque Regum
nagines inſculptas refert, &
n ſomnis ſimulachra excitat,
uod ex Ariſtotile explica-
ır per dierum imagines no-
u repræſentatas memoriæ, ſi-
ıti non abſimili modo Gua-
nus cecinit

Son veramente i ſogni
Delle noſtre ſperanze

Più che dell' avenir vane ſem-
bianze
Imagini del dì guaſte, e cor-
rotte
Da l'ombre della notte

Hic plus morarer cunctas narrando ſomniorum ſpecies ſi ad finem non tenderem, juxta locutionem Macrobij: ſolet etiam hominem vigoroſo animo coimplere, quod in adamante explanatur; amabilem reddit geſtantem, & eũ in pulchriori aſpectu conſtituit: quia ſanguinis motum ſollicitat, unde ob cruoris tenuitatem, genæ apparent rubræ, per plexum venarum exilium, & faciei raram texturam; ſed tunc gratus eſt vultus, cum omni prorſus optima diſpoſitione eſt præditus, & coloris quamdam portionem continet, juxta

Ciceronem; facundum reddit geſtantem, quia cum velociorem motum laticibus, ac ſanguini præbet, cuncti humores defecati habentur; ideoque non impediuntur organa ex intrinſecis excrementis, & reminiſcentia optimis fungitur operationibus, & expeditè proindè loquitur geſtans; ſi delineatur in ore, ſitim extinguere & alexipharmacū autumarunt eſſe Authores: quia jugulares glandulæ, juxta Malpichium, ac cæteros Authores, in ore latitantes, ſive conglobatæ, ſive conglomeratæ ſint, retinent plerumque ſuccum quendam lymphæ non abſimilem; quæ ex iſtius lapidis partibus vellicantur, & irritantur, unde talem ſuccum coactæ ſunt vomere, ſicuti

etiam Divinus Coo ſitim in febribus non multum inſiſtare, ægrum ſi advenerit tuſſis dicitur trahere venenum, quod explicabo cum de magnete agam, refert Cardanus Regem Pirrum achatem habuiſſe, in qua naturaliter erat inſculptus Apollo, cum novem nymphis. ſicuti in aliis quamplurimis, fontes, nemora, ac flumina artè quaſi confecta, mirabile viſu, inſculpta proſpiciuntur, quæ exolvere non curabo, cum fusè de cryſtallo ſupra tractavimus; ſolet plerumque animalium oculis aſſimilari, unde varias denominationes ſortitur, quià ſi hominum oculos repræſentat, Leucoptalmia dicitur ſi luporum, Liſoptalmia, ſi caprarum; Egoptalmia appellatur,

quæ

;uæ oculorum ſimmitria ad
; ſum reponimus, non vero
d tantas, & ineptas cauſas
uxta Antiquos.

Albandia ex nativo loco
enominationem trahit, ab
pheſo ſcilicet, aliter Alban-
ia appellata juxta Plinium;
ubedinem ſardii habet, &
nam virtutem ei tribuit Al-
ertus, ſanguinis nimirum pro-
ocare fluxum, proveniens
b ejus aculeatas, & py-
amidales partes, venarum ra-
nulos ferientes, & cribrantes,
nde ſanguinis ſcaturigo ir-
umpit, quæ ſecundum Medi-
os triplex eſt αναστομώσις ſcili-
et διαπήδησις & μεδιαβρώσις, non ve-
o ob talem facultatem ipſi
apidi inſitam, ut ſomniavit
ntiquitas.

Allectorius inter gemmas
à De- De-

t nervorum meatus hiare
icit, undè copiosè ſpiritus
rofluunt in vaſa pampini
ormia, & in glandem, ideo-
ue glandis nervi tali volatil
ıbſtantia blanditer vellicatii
lacida iſtic, & guſtoſa ſenſa-
o inducitur*; quod poteſt
iam valdè enucleari per par-
s exiles volatiles, & ſpiſſas
ervulos glandis placidè ſe-
ientes.

Amandinus ex Alberto Ma-
no inter gemmas connume-
tur, variis eſt pictus colo-
bus, ac virtutibus onuſtus;
æ cæteris venena omnia ex-
llere, unde incolumis red-
tur geſtans, quod infra elu-
dabitur, cum de magnete
actabimus; in hoſtibus tri-
iit victoriam, quod ſupra
planavimus; facit ænigma-

ta ra

ta ſomni explanare; non a̶̶a ratione, quia organorum obſtructionem omnino eliminat: unde rerum eſſentia diſcernitur, in ſomniis tamen ullam præſtare fidem Chriſtiana nos vetat pietas, & quod per calidum, & frigidum dicitur, explánari poteſt per partes metallicas talem ſenſationem exſcitantes.

Ametyſtus à græco provenit ab a & μέθυσμο ſcilicet contra ebrietatem, ſicuti Ariſtotiles, Plinius, & Cardanus idem confirmant: fas eſt nunc digreſſionem faciendo circa ebrietatem; Authores proferre, cum tantorum malorúm ſit cauſà membra ſcilicet obſtupeſcere facit, proceros homines reddit, ſoponemque inducit, ac convulſiones

s cum crimine vitæ juxta
ipp. effatum : inter quos Ga-
nus, cum Hipp: ebrietatis
uſam exprimens, ad caloris
arctationem in corde recur-
t; Argenterius ad ſpirituum
fluxus privationem aſſenti-
r; Sennertus narcoticos ſpi-
tus amplectitur; aliique ve-
ad nervorum emollitionem
ſanguinis immoratam cir-
ılationem incurrunt; Unde
eo ebrietatem hic lapis com-
ſcit, quia alkalinus eſt, &
ventriculo acidum exugit,
quo ſanguinis lenta motio
pendet, propterquod dum
umores in naturali motu
rſiſtunt, extranea fermenta
ompeſcunt, ac per urinam
ciunt; & ſomnus proinde
afertur; Dicet aliquis for-
n, juxta Cardanum, & Al-
ber-

bertum Magnum, id efficì, etiam ſi forinſecè ventriculum tangat, quod per ipſius athmoſphærium explicatur; habetur ex Authoribus meri copia aufugienda ſit ab hominibus ut Venus, juxta Poetam.

Nec Veneris, nec tù vini teneare amore
Uno namq: modo vina, venuſq: nocent,
Venus enervat vires: ſic copia Bacchi,
Et tentat greſſus, debilitatq: pedes
Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri;
Arcanum demens detegit ebrietas;
Bellum ſæpe parat exititiale cupido
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat

Per-

Perdidit horrendo Trojam Venus improba bello.
Et Iapichas bello perdis Jacche gravi.
Deniq: cum menteis hominum furiaritq: uter
Et pudor, & probitas, & metus omnis que abeſt.
Compedibus Venerem vinclis conſtrige lyeum.
Nec de muneribus ſedat utrque ſuis
Vina ſitim ſedant: natis Venus alma creandis
Serviat: hos fines tranſiluiſſe nocet.

Dum in India hic lapis reperitur, juxta Plinium, magnopere antecellit, minus qui in Arabia Petrea oritur, minoris gradus qui in Armenia, minimum vero qui in Cypro naſcitur, Hiſpaniis,

Gal-

Gallia, & Ægipto: hyacinthorum colore ſcatet hic lapis ad purpureum aliquantulum vergens, quod arti imitari non datur juxta plures Authores; Divus Iſidorus, & Agricola dicunt, hunc lapidem ignem, grandineſque compeſcere, quod à nemine, quod ſciam adhuc expertum eſt, & ſi geſtans de grandine præcaveri habeat in optatum, intret queſo in cryptis ſubterraneis, ac in domo optimè diſpoſita, cum lachrymarum ad Dominum effuſionem; dicunt quoque geſtanti optimum ingenium tribuere hunc lapidem; quia alkalinus eſt & latices in liberiorem motum remittit, ac omni prorſus labe ſolutos reddit; indeque organa in tali operatione deſti-
nata

nata libentius agunt, & ſcientiæ, propterea faciliter acquiruntur; refertur etiam Divum Joſephum ſponſæ ſuæ Deiparæ Mariæ, anulum, hujuſce lapi dis dono dediſſe, confirmatum quoque ex Beato Dionyſio; Dicitur hunc lapidem fugare mæſtitiam, quia alkalinus eſt, & noxium fermentum, quod intus latitat, exhaurit; Ex Camillo habetur fæcunditatem coadjuvare, circa quod opinor, ſi defectus in uteri ſtructura, vel ejus capacitate, vel in ovariis incongruè diſpoſitis, aut in falloppiana tuba habetur, ullam virtutem in generatione exercere poſſe autumo; ſi verò ex craſſis materiebus hoc proveniat, ex hoc lapide auferuntur; ſi hic lapis in aquam immergatur,

& poſtea aqua illa bibatur, optimum alexipharmacum putatur, quod infra patebit; in Bizantio hujuſce lapidis magna copia extat, ob quod pileum exornant; Si linteo involutus hic lapis, igne poſtea projectus, non comburitur linteum, quod aliter ego annis elapſis expertus ſum; cũ partem tantum lapidem nectentem integram proſpexerim, quod per athmoſphæricum explicatur; dices ſi ex iſtoc lapide athmoſphæra conflatur, quare totum linteum non reparat; Reſpondeo quia rara eſt ejus athmoſphæra, ideoq: igni non impeditur aditus.

Andromata lapis argentei coloris eſt, Plinio teſte, in rubris undis repertus, quadratam continet figuram luſorio talo ſimilem, duritiemq:

adamantinam referens; Plinius cùm Alberto fatentur, hunc lapidem triſtitiam, furoremque compeſcere, quia pravos latices è ſanguine aufert: ex aliquibus habetur ab Andromeda hunc lapidem inventum fuiſſe, Andromeda illa ſcilicet à ſua matre μάσιος ϖεια deplorata juxta Aratum Poetã.

Amiantus lapis eſt alumini non abſimilis; Schroderus putat amiantum eſſe plumoſum alumen, ſed ineptè, quia alumen pungit, hic vero non: ex hoc lapide ellychnium ſit à flammis non combuſtibile, quod vidiſſe Etmullerus teſtatur; amiantus in marſupium incluſus, contra prunas ſuum robur oſtendit, juxta Canonicum Septalam integram hiſtoriam referentem;

tem; antiquitus ex amiant
veſtes conficiebantur regale
& Philoſophi etiam amiant
videbantur induti, ut ſucce
ſoribus immortalitatis ſignu
oſtenderent.

Borax ab animali Bufon
denominationem trahit, & la
pis eſt; in capite Bufonis r
pertus duplicis generis; pr
mum album eſt, ad fuſcu
tantisper vergens; nigri co
loris alterum; pluribus deco
ratur virtutibus ab Albert
Magno; defecare ſcilicet inte
ſtina, ipſaque exonerare ex
crementis; quod accidit o
vellicantes ejus partes, & in
teſtina titillantes, propter quo
ſuas fæces impetuosè ſunt coa
cta deponere. Sed inge
nuè fatetur cum Ardent
Ætereo me nunquam in
qui-

quincentis Bufonibus hunc lapidem reperiſſe, licet ſi bacyllo ipſos verberaſſem cum panno rubro infra eos impoſito; hic tamen verba non facimus de borace illo maximè uſus ab Auri fabris.

Beryllus lapis pallidi coloris eſt, inſtar lymphæ, & ſi voluatur, aquam claudere proſpicitur, quod etiam ex Plinio & Alberto Magno confirmatur; in Indianis plagis oritur, uti cæteræ gemmæ quæ hiſce fininibus reperiuntur, juxta Italum Poetam.

Mà sè di biondi vene
Gravidi i monti ſono, è sè di gemme
Ricc'hà Lindia felici autri, e ſpelonche.

E Fran-

Franciſcus Petrarca tamen in orientalia littora enaſci ſuis verſibus refert.

Quando donna ſembiante à la ſtaggione
Di gemme orientali incoronata.

Sed ambo conciliari facile eſt, cum Petrarcam de utraque India cecinille intelligitur; ex Alberto Magno pallentiores exiſtimantur, pluribus maculis conſperſi; multas virtutes Beryllus continet, juxta ipſum Albertum, primo geſtantem in bello optimè certare, optimumque tribuere ingenium, pigritiam auferre, & conjugia unire, & verſus ſolem poſitus, ejus radios reunire in puncto,

quas

quas difficultates omnes ſupra reſolutas habemus; pluribuſque ornatur coloribus ex Plinio, undè viridis, & cæruleus omnes antecellunt pallentes minus ſunt extimabiles; undè ſecundi dicuntur criſoberilli, tertii croſo paſion, & quarti hiacynthizon &c. ſemper quaſi ſexangula figura ſcutent, & aſpera, juxta Juvenalem.

Heliadum cruſtas, & inequales Beryllos quod totum confirmarunt Garzia ab hort, Beda, Agricola, Camillus Leonardus &c. addūtvè ſolum manus comburere, ſi ſtrictè teneatur: quod explicatur per ipſius athmoſphærium ſpiritus in manuum plantis impactos, agi-

tans, juxta Thomam Cornelium, ac cæteros Recentiores; ideoque per novam motionem ſpiritibus loci tributam, perſentitur calor; dicitur adamantis colorem æmulari juxta Priſcianum.

Berylli gemmas glauci ſnitidumq:adamanta

Bezuarticus mineralis, in morea naſcitur, bezuar dictus, quia vel ipſum emere, vel furari oportet; albo, croceovè colore ſcatet, & arenoſus eſt alexipharmacū putatur à Matthiolo, Dioſcoride, Aſnoch, Bonterich Aſtrologo & Medico Ætyopo, Abdala, Narach &c. imò habetur, Plinium bezuartici beneficio Regem Corduæ ſanaſſe; valet mi,

rum

rum in modum venenatis plagis ad pauca grana impoſitus; in Indiis etiam ſua Minera eſt, ex quà totus orbis ſaturatur; Lazarus Riverius contra ſcorbuticas affectiones valere ait.

Bezuarticorum, altera reperitur ſpecies non ex fodina proveniens, ſed ex animalium corpore; quod animal modo ab oriente, modo ab occidente devenit; lapis bezuarticus ſecundum Matthiolum, viridi, flavoque colore ſcatet, ſi orientalis eſt in Capriceruis oritur: forma igitur media hirci gaudentibus mediavè cervi, (qui locus eſt valde à Peripateticis legendi neceſſarius, dum de hirci cervi

mox etiam phyſicè reperta exiſtentia tractat)ſed Tyronibus hoc eſt derelinquendum ; licet ſi in Capricervis oriatur hic lapis, inquà tamen parte haud ulli notum eſt; Petrus tamen della Valle Chriſtofarus à Coſta & P. Alonſus d' Ovaglie Jeſuita , in ventriculo conflari ſcripſerunt ; cujus ortus explicatio ex ſe patet, cum de calculis tractavimus, cum calculus hujuſce animalis hic lapis putatur majoribus decorantur virtutibus orientales , quam occidentales bezuartici , Pharmacopolæ tamen occidentalibus utuntur potius, quia viliori pretio , quam occidentales habent ; orientales ova-

ovali ſcatent figura ; deformaque, & rudi occidentales ; orientales quibuſdam ſtellulis ornantur , non vero occidentales ; reperiri annuit Chriſtofarus à Coſta in India, China , Cyle &c. quia iſtic viperarum magna copia extat, ob quod provida natura ibi hujuſce animalis plurimum impoſuit , undè per ſæpe inter animal hoc, & viperam ſub herba latitantem , perſpicitur bellum , uti Virgilius licet in alio ſenſu.

Improviſum aſpris veluti qui ſentibus anguem.
Preſſit humi nitens: trepidus repente refugit.
Attollentem iras, & Cerula colla tumentem.

Haud ſecus Androgeus viſu tremefactus abibat.

Bezuarticum contra venenatos quartanas, & tertianas valere; difficiles febres ſolvere, peſtem, colicam paſſionem, & ſecundinas expellere, ac lumbricos trucidare poſſe, ajunt Authores; quod partim explanatum eſt; partimque enucleatur per alkali, quia acre, & extraneum fermentum exhaurit; catharticus experitur in morca ſi per 15. dies 30. grana abſorbeantur; Matthiolus Bezuarticum vocat alexipharmacum; experimentum narrans de illo furies damnato & napello nutrito; Amatus Luſitanus arcanum arcano-

norum eſſe hunc lapidem putavit; Laccutus Luſitanus contra calculum, & nephriticum dolorem valere cenſuit, ob ſuum alkali, omne acidum è corpore auriens: petrifico etiam ſpiritu non adeopollens, ideoque calculos reprimit; Donſellius diaphoreticum eſſe, cum Schrodero prædicat, & cum Franciſco, & Ferdinando Imparato.

Carbunculus ἀνθράκιον græce dicitur, hoc eſt carbo minus, non vero ut alii ἄνθραξ quia antrax ſpecies tumoris eſt; carbunculus perlucida gemma eſt, juxta Crinitum

Eidemque binos perſulgentes carbunculos.
Sub ipſa fronte collocaſſe

Sicuti alibi rubrum eſſe
cantavit.
Idem in fulvo radians car-
bunculus auro.

Plinius ait carbunculum, & pulcritudine, & virtutibus alias gemmas præcellere, uti aurum alia metalla; Albertus Magnus de carbunculo talia refert, ſi noctu elucet inſtar comburentis carbonis, bonus eſt, pariformiter tamen deſcribitur à Thoma Badino.

Statuta carbunculis ignovi-
mus emittens illuſtre jubar

Taſſus flammivomentem carbunculum eſſe cecinit ut

Vi fiammeggia il carbonchio
è luce diamante

Si verò carbunculus in aqua obumbrati vaſis non ful-

fulget infimioris claſſis putatur ab Ettmullere, & ſi tenebris non coruſcat, flocci exiſtimantur, juxta ipſundem Ettmullerum trahit originem carbnnculus ab Inſula Zeilan Kalecuit, Carbaja,& Biſnagar, qui verò ex flumine Pegie oritur egregius eſt:Plinius verò in Libia naſci decrevit, & ipſum in plures ſpecies diviſit, ſicuti etiam Evax in duodecim ſpecies ſejunxit, Ariſtoteles verò in tres ſpecies in Belagium ſcilicet, granatum, & rubinum; granatum præ cæteris extollens, quem Aurifabri non extimant; pluribus virtutibus ſcatet carbunculus, juxta Camillum

Leonardum, & bonos Authores; primo aereum fugare venenum, Veneriſq: compeſcere fomitem, lugubras auferre imaginationes, ophtalmicos oculos coadjuvare &c. quomodo vero venenum in aere graſſatum ex hoc lapide aufereatur, ad ipſius athmoſphærium imponitur, quod Hipp: in fugandum ex Græcia maximopere fuit inangaſtum continuis crepitantibus flammis; ratio clara eſt, quia hoc aeris vitium cum nemini parcat juxta Lucretium.

Hæc ratio quondam morborum, & mortifer æſtus
Finibus in Crceropis funeſtos reddit agros.

Va-

Vaſtavitq;vias excauſit Civibus Urbem

Et Virgilius.

Et genus omne neci hominum dedit

Omne ferarum.

Et ideò locum tali gemmæ non concedit. Quomodo hic lapis Veneris fomitem ſubmittit, ad ſuum athmoſphæriumve recurritur: quia ſpirituum fluxum deviat (& ob aliqualem aciditatem etiam crederim), ſcorbuticis confert, quia omnes pravo latice humores ſpoliat, ob quod torpidi ſpiritus non procreantur, ophtalmiam eripit, ob ſui alkali; quia extraneum fermentum è ſanguine aufert, ex quo non naturalis ſer-

fermentatio provenit; Antiquitus Imperatores carbunculis conſperſam veſtem trahebant, juxta Ludovicum Romanum; Cardanus Garzia abhort &c. totum quod nos ſupra diximus confirmant carbunculus dum èminera extrahitur albicat poſteave rubeſcit; quod patet cum ſupra de color bus tractavimus; Hebræi ut videantur carbunculi profunditate pollentes, herbas, chartulaſq: ſubtus imponunt; ſed fallendo decipiuntur, cum acriter caſtigantur; Plinius diviſit carbunculum in mareni, & fœminam, quæ futura prædicerè facit; quod ego non exiſtimo.

Calcedonius ſeu Carchedo-

doneus, etiam lapis eſt òbſcuro colore, & virtutibus decoratus, ſcilicet horrorum phantaſmata pellere, ut ajũt Authores, quæ plerumque noctu excitantur, ut quidam Poeta.

. . . Somniorum examina
Ludibria ſomni obicite dormitantibus.

In judiciis victoriam promittere, quam facilius præſtaret aurum, corpus in colorem redere, ſomnique deluſiones explicare, quod perdifficile, eſt unde poteſt dici, juxta Panphilum Saxum.

Quid faciles; vani deluſus imagine ſomni.

Dicitur quoque ob Authoribus talia noctis ludibrie malos habuiſſe Parentes

tes

tes juxta Hoſchium.

Quæ peperit furias, quæque umbras noſte volantes, dicitur hæc eadem te peperiſſe Parens Eumenidum fratres, metuendaque mortis imago Quomodo iſtoc mediante lapide explicantur, & pelluntur tales noctis eluſiones; primo neceſſum eſt explicare modum, quo intra Animam progignuntur, non per ſpecies juxta Ariſtothilem, ſed oriuntur ex objectorum effluvia, rerum imagines repræſentantia in cryſtallino oculari humore, cum triangulari figura, ut ſubtus ad uveam corneam peragrent (Dioptrica docente), uſque dum anima ſentit; Si vero efflu-

vi triangulari figura diſtra-
ĉter repræſentantur , malæ
animæ excitātur phantaſma-
ta ſic etiam ſi ex labefacta-
to oculo proveniat; inde eſt
quod ex tali lapidis robore,
intonum ponitur res ex qua
mali eventus proveniunt,
quia alkalinus eſt , & cry-
ſtallinus humor defæcatus
devenit, ac ſimulachra : de-
inde optimè obviam fiunt.

Caltoſanus lapis eſt nigro
colore ornatus , virtutem
continet vocem clarificare,
quod ex sè manifeſtè elucet,
ſi defectus vocis ex organa-
rum tono non proveniat;
at fatigatum quæritur ab
Amphione, & Orpheo.

Corantus lapis eſt cryſtal-
lini coloris ex nubibus pro-

ventus , juxta Albertum Magnum; plerumque etiam reperitur in Inſpanniarum plagis , & inſtar ignis fulget , ob anni magnam copiam ; ſomnos placidos promovet , quod ſupra tractatum eſt , cum de ſoporis natrua peregimus , facit egregiè geſtantem pugnare, quod ſupra annuimus ; & tonitrua obſtare valet; conficit iridem indie , licet ſi ſol nubibus coopertus videatur quod explicatur,quia ſol cor pora premit, nunc recta nũc obliqua linea,unde ipſius lumen taliter modificatum in iridis apparitione præſefertur ; dicitur manicæ ſclopeti æmulari , quod ego propriè ſpectator , aliter textor;
di-

dicitur quoque pluribus hiatibus Terræ reperiri, & diutius intra manus adſtructus, eas calefacere quod ſupra ſat eſt explanatum.

Chelidonius lapis eſt in duas ſpecies diviſus, rubra una eſt , alteraque nigra juxta Plinium, & Albertum Magnum, & Columellam.

Purpureæque chelidoniæ, pingueſque mariſcæ ex hirudinum ventriculis originem trahit, & virtutibus hic lapis eſt etiam præditus, ſub axilla ſcilicet delatus, antiquos dolores pellere , & epilepſiam; quod per mordacium ſalium ablationem reſolvitur, ob ſuum alkali, Evax Rex Arabum ait, facunditati conferre, & parvulæ

vulæ molis eſſe, juxta Albertum etiam: menſe Auguſti hic lapis extrahitur è talibus ventriculis, & bini ſemper reperiuntur.

Celonices purpureus lapis eſt, variis coloribus conſperſus in textudium corporibus reperitur, texte Alberto Magno, Margaritarũ inſtar fulgore micat, & tantum hic lapis mole augetur quantum ipſa textudo pondere creſcit; virtutibus etiã ſcatet; facit futura prædicere, quod non verum exiſtimo, quia Deum tantum datum reperitur eſt hoc habere, juxta Guarinum.

Che del futuro nè preſago il Cielo.

Licet ſi in aliquibus ſignis cer-

certam fidem præſtarunt Authores, uti Zibullus.

At Laurus bona ſigna dedit,
gaudete Coloni.

Et Propertius de Sauro.

Et tacita extincto laurus
aduſta foco.

Quæ Poetica ſunt vero ſicupis explanare phæno-
men in memoriam revoca quidquid ſupra annuimus; magis vero redolere tali virtute plenilunii tempore hunc lapidem credunt aliqui, quod ſupra negavimus, hic aliquod influere non habet Cœlum; in igne non comburi apud Authores habetur, & febricitantium arteriis obligatus, ſtatim ſanguinis fomitem, ac efferueſcientiam compeſcit, quod

ex ipſius arhmoſphærio dependet ; quia extraneum fermentum ebullionem eſcitans in ſanguine, trahit, ut melius infra;

Cegolices lapis eſt, olivarum oſſibus ſimilis, & inſtar Bezuar cum pulveriſatus eſt, apparet cum jure congruo abſorbitur, renum calculos diffringit; quia aculeatis moleculis ſcatet, calculos quaſſantibus, qui calculi deinde per urinas præcipitantur.

Coralliū græcè χογάλλιον lapis eſt, & unica natura fruitur, juxta Ovidium.

Nunc quoq: coralliis eadem naturam remanſit.

Differerentiæ tamen coralliorum plures connumerantur ab Authoribus rubra

bra ſcilicet, nigra, viridis, ſublava, fuſca, alba &c. Plinius oriri ait in undis Eriſtrhæis, in Arabia, Ægyptove &c. ſicuti etiam & Teſtius.

Germoglian del mar ne'fondi cupi
Coralli aſſai più fini.
Di quei ch'uſan peſcar l' Arabo el Moro.

Corallia ramuloſa figura ſcatent, imo juxta Schroderum, in undarum imis, integra nemora reperiri; quam diſpoſitionem, & ſimmitriam, per album laticem ipſe Author explanat, corallorum meatus ſerpentem; qui latex cum inſtar lachrimæ extra irrumpat; condenſatur, & continuo

ſic

ſic operando; coralli ramulus, & integræ ſylvæ conflantur; ſed pace tanti viri cum aqua facilius phænomen exploditur, quæ cum in Terræ cryptas intus lateat, petrifico menſtruo adveniente coagulatur, & augetur ſimil, unde Terræ ſupercies cooperiens, expelluitur, & profundum Oceani pertingitur, ac denuo menſtruum petrificum irrumpens, madentem Oceani ſuperficiem, coaduhat, & colligat; propter quod ramulus temporis ſerie conflatur, & diverſi tamen in coagulando reperit caſus; hinc tali ſyſthemate enucleabis arbores, & corallorum ingentes ſylvas confectas

ctas, ſicuti, & colores, quæ corallia licet ſcopulis infixas radices contineant, tamen metallicas particulas perillud foramen inhauriunt, per quod primo intravit aqua, & menſtruum petrificum, juxta Schroderum; Dices, molli nè, an dura natura ſubtus mare ſcatent, corallia; Reſpondeo Antiquos molli gaudere ſcripſiſſe comperimus, indeque ab aeribus ſalibus indureſci, juxta Boylem, quæ petitio apud Teſtium etiam reperitur.

E perche in fondo al mare
Molli i coralli ſiano, e all' aria pura
Si trasformin sì toſto in pietra dura

 Di-

Dicimus quoque hoc problematicè nos defendere; variis coloribus corallia ſcatent ex multifaria metallorum copia, & variis virtutibus; contra faſcinationem ſcilicet texte Helmontio, & ligationes; quod Ariſtotelicè explicatur, perinſitas, hoc eſt, & proprias qualitates, quia dæmoniaca res eſt; valet contra ſanguinis hemorrhagias, non dumtaxat quia alkalinis particulis eſt præditum; ſed etiam quia nitroſis ſalinis moleculis maximopere eſt coimpletum, ideoque ſanguinem coarcet, & condenſat, nè velociter ut prius per corpus inſinuatur, & foras prorumpat, ut alkalinum poſtea, extraneum

fer-

fermentum deſtruit , undè afferueſcentia oriebatur : cōtra apoplexiam & mirabile, ut alkalinum , quia vopores celebri , nervos madentes, vel aliter vitiantes , aufert, & totum corpus pravo latice mandat ; dicitur fructus augere ſi pulverizatum intra pomarium inſpergatur ; diverſimode corallia præparantur in magiſterium , in olea , in tincturam &c. circa quæ per lege Quercetanum, Ettmullerum, Arthmandum Baſilium Valentino &c. ad verbum idem confirment Ferdinandus Imparato Arnoldus de Villanovam &c. dividendo tantum modo corallia in marem , & fœminam.

Corneolus lapis eſt, loturæ carnium non abſimililis apud Renum reperitur, & aliquando rubeſcit; vim habet conſtipandi, unde emorrhoides, ac menſtrua aufert, quod jam explicatum eſt; Amicorum animos nectit, juxta Plinium, & Agricolam; ſolet quandoque albicare, & argenteus appellatur, ſi verò rubeſcit, aureus dicitur.

Criſopaſſus lapis eſt qui ex India provenit, & raro invenitur; porri ſucci naturam emulatur, cum guttulis quibuſdam interminatis micantibus, unde ex græco provenit κεισος aurum ſignificans, & caro pretio emitur.

Chry-

Chryſolitus lapis viridis coloris eſt juxta Albertum, ſoli appoſitus , inſtar ſtellæ coruſcat ,ex Ethyopia provenit & virtutibus eſt onuſtus fugare ſcilicet mæſtitiem , quia ſalia in humoribus in fareta aufert effumationem cauſantia phantaſmata pellere ; quod ſupra dictum eſt ; ad ſcientias captandas promptitudinem diſponere, quod etiam enucleatum fuit Pliniſſin multas ſpecies chryſolitum diviſit ; prima multum fulgere ait ; ſecunda ſi auro conſociatur , ipſum valde antecellere; poſtea in cryſolampum , Leucriſium , & melocrium eum ſejunxit; unde qualis iſtarum ſpecie-

rum plus micat, illam ſignanter laudat; Cardanus, & Camillus Leonardus non ſolum idem confirmant, verumatque addunt ob ſui frigiditatem ſitim extinguere, & cærulea alia ſpecies exiſtimatur contra phtiſicos valere, alii Authores textantur, & aſtringendi virtutem hunc lapidem præditum eſſe confirmant, quod ſupra explicavimus.

Cryſtallum inter lapides Ariſtoteles, & Albertus Magnus connumerarunt, ac prò virtute ſitim extinguere habere credunt quod ſupra enucleavimus; circa cryſtalli compagem Authores Diſcerptant juxta Claudianum.

Lym-

Lymphæ quæ tetigitis cognato corpore lymphas
Et quæ nunc eſtis, quæque fuiſtis aquæ
Quod vos ingenium iunxit, quà frigoris arte,
Torpuit, & maduit prodigioſa ſilex.

Hoc verò gratis dictum dicam criſtallum effici, ut cæteri lapides, non vero ex antiqua glaciei compagine uti ſomniavit antiquitas.

Criſopaſſion gemma eſt in æthiopia genita, & tenebris micat, in lumine verò obumbratur, aurique colore ſcatet, ac multiplicibus coloribus aliquando: ita huic lapidi querciis ramulum cõformem dum ex Italo itinere redieram, frater meus

Michael Gonnelli, qui mox ſeraphico charactere annos terit, mihi oſtendit; qui ramulus omni prorſus ablato lumine, undique fulgere: diùque verò, ut alia ligna oculis obviam fiebat; quod amborum phænòmen unica explanatione reſolvitur; quia luminis effluvia continuo in corporis meatulos infareta, omninò non exeunt, ſicuti intrarunt, indeque noctu paulatìm egrediendo oculorum aciem feriunt, in Luna talia corpora non relucent, quia effluvia exeuntia ex ipſo Lunari corpore moleculas, & ſolares atomos extra duci non permittunt juxta Gaſſendum, vel expreſſione

cor-

corporis juxta Carteſium (quæ corpora noctu micantia phoſphoros dicuntur, diverſimodè ab Authoribus explicata); dicitur hic lapis dæmonum petra, quæ febricitantibus confert, contra Hoſtes valet, ac venena fugat quorũ explanationes fusè ſupra enarravimus.

Cornua hic plura enumerarem lapideæ naturæ, & virtutibus coimpleta, ut illa ſerpentium Ceraſte appellata, Rinocerentium, Scarabeorum &c. at quia ex nobili advile, & exoſum iter turpe eſt peragrare, ideoque ea preter mittimus.

Coccum lapidis generis eſt & inter res extimabiles reponitur juxta Dant;

Or , & argento fin , è cocco,
e biacca.

grana querundam arborum putatur elſe à Plinio , ac tinctoria ut μῖμμος βαφίμι quæ grana caſu fuere reperta , noctu nempè mare ex aquilonibus continuò irruptum; quod mare dum agitatum fremit , quanta damna producit , Guarinus collegit

Come rapido turbo
D'impetuoſa , è ſubbita procella
Che tetti, piante, e ſaſſi, è ciò ch'incontra.
In poco giro in poco tempo atterra.

Et Virgilius licet ſi de flumine concinnat per belle depinxit.

In ſegetem veluti cum flamma furentibus auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens,
Sternit agros, ſternit ſata læta bovumque labores
Percipiteſque trabit ſylvas, ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice Paſtor.

Vndè fluctibus agitari maris in maldaviis lictoribus cocchi arbores avulſæ pervenerunt, & populi indè tabes ſalinas undas peragrantes ſub ipſas, ſylvas cocchi reperierunt; propter quod Rex Maldavicus coccum perlegendo iura ex panſit; coccum etenim intra corticem induratum extat,

qui cortex à Piſcatoribus dilaceratur continet intra ſe nucleum qui per foramina, quæ habet bacillo : aut alio quovis ferriculo inciditur ; dicitur ab Authoribus obſcuri coloris eſſe, ab aliis verò rubræ ſignaturæ ut Vergilius.

Orrida ſanguineo pinguntur pallia cocco

Et Cleophilus,

Quam iuvat ardenti radiātia pallia cocco

Habet coccum plures virtutes juxta Authores, nempe eſſe cordiale, non propter qualitates ipſum reſucillantes, ſed quia ſanguinē puriorem, motuique aptiorem reddit ; eſſe contra colicos dolores, & contra para-

rali-

raliſin in pauca doſi exhibitum cum liquore idoneo; eſſe optimum alexipharmacum dicitur à Mercato, & in India reperiri ait, ac multum exiſtimari, & venundari; diſſentiunt Authores in decernendo coccum prò Kermes, vel pro grano aquifoliis, qui Authores ſunt, Galenus, Strobel bergerus, Cornelius Alapide Levinius Lemnius Scaliger &c. cum de confectione alkermes tractant, ſed hoc ad nos parum refert.

Diacodos lapis eſt beryllo non abſimilis, & virtutem habet excitare phantaſmata, & incantationibus coadjuvare propter quod Hermes Ptolomeus & Chelit-

ben-

bencorathi valde exiſtimarunt.

Dioniſica græcè διονυσιάς gemma eſt Plinio texte, quæ ſi in aquam teratur vini ſaporem præbet, quod per partes talem ſenſationem producentes, reſolvitur dicitur ebrietatem compeſcere, quod ſupra explanavimus, ſed ut valida ſit, ante ebrietatis horam, eam propinare opus eſt.

Dragonides lapis eſt è draconum capitibus excerptus, ex orientali India provenit, juxta Plinium, propter draconum iſtic igentem copiam habet pro virtute hic lapis audaciam conferre, quia ſicuti draco eſt terribilis ut Omerus.

Vi-

Vidimus immani ſpecie, tortuque draconem terribilem ita & lapis geſtantem in terribilem commutat; dices, quomodo in draconum capitibus talis lapis progignitur? reſpondeo mè de hoc fusè pertractaſſe; Albertus agnovit hanc gemmam; quia dum Alemanniam peragrabat, locum vidit hiſce draconibus plenum, & cum loci dominus perveniſſet robbore, & fortitudine præditus gladium ictu evaginans, jactuque tot illos immanes angues trucidavit non abſimili modo ac Rinaldus illos milites, juxta Camillum Camillo.

E vuol Zuffa con lui, mà toſto cade

Co-

*Come innanſi al Villan ma-
turè biade.*

Poſteaquam Præfatus Dominus ex ſerpenticidio ſua feſſa membra inſtauravit, capita illorum draconum inciſit, & hune lapidem perinvenit, qui Veneris furorem etiã longinguare habet.

Dactylus gemma eſt Plinio teſte obſcuro colore prẹditus tũ aliquali cornu odore, juxta Ardentem Ætæræum, dactylorum fructibus aſſimilatur, unde dactylus dicitur hic lapis, in ejus centro ſplendidam lineolam ſculptam habet inſtardiametri, ambas extremas circumphærentias complectentis; quod enucleatur, per auri iſtic ingentem copiam; cu-

rat hic lapis venenata ulcera admodum incantamenti, quod infra.

Echites græce ἐχίτυς gemma eſt, ex Alberto, pun icei coloris conſperſa, ab aliquibus lapis aquileus apppellatur, & ab alteris herodialis, ex eo quod in Coloniis Regionibus inter aquilarum ova reperitur, ab Plinio verò ex Oceani litoribus originem trahere habetur, & ex Perſia; hic lapis intra ſui viſcera alterum claudit lapillum, qui intra manum crepitat; habet pro virtute juxta plures Authores uterogerentibus opitulari ut citius pariant; quia ex hujuſce lapidis athmoſphærio per poros intrudente, uterus vel-

ſmaragdi , cum aliquibus ſanguineis guttulis ; ſiponatur hic lapis in fiala helitropiæ herbæ plena ſucco, ſtatim fiala ſanguinis proſpicitur intincta ; quod explicatur, cum de coloribus tractavimus ; virtutibus hic lapis conſpergitur, juxta Authorum opiniones , contra fluxus ſcilicet , omnes , & venenum ; quod ſupra relatum nitet ; ex Alberto habetur hunc lapidem viſus faciem proſpicientis fallere , & geſtantem non videri ; quod explicatur per ipſius athmoſphærium, cum corporum extrumiſſionem impedit nè ſpectantium feriantur oculi ; In India generatur, ac variis Terræ hiatibus,

tibus, ex quibus diverſa nomina ſortitur; purpureū lapidē rubrū honore antecellere Divus Iſidorus ait, & Veneris compeſcere fomitem ſecundum Beatum Dionyſium; quod ſupra explicavimus; ſi anulo geratur hic lapis, conceptionem impedit, quia ipſius partes athmoſphærium componētes vellicanti, ac pungenti natura ſcatent, hinc per poros intrantes, uterum ſtimulant, ne vix rudis, & indigeſtæ molis aliquod detineatur & ſic generatio differtur, & febreſque expellit, juxta Albertum Magnum, quod ſupradictum eſt; ſicuti, & hydropem fugat ob ſui alkali lympham

exu-

exugante, & exauriente; hemorrhagiamque coarctat quod explanavimus antea; dicitur ab aliquibus; hunc lapidem in ſiala impoſitum congruo latice ambo cæleſtia luminaria obumbrare, quod futile cenſemus, cum eclipſis contingat in aſpidum utroque nexu per oppoſitionem; circa colores non valde immorroramur, quia quos poſuimus meliores exiſtimamus.

Enydros lapis eſt cryſtallo non abſimilis, qui continuam humoris guttulam promit; quod reſolvitur per aeris concelationem circa lapidem, juxta Boylem, non verò intus latitare aquã, ut ait Plinius, quia deficeret

ret tandem , valet hic lapis efferueſcentias laticum compeſcere , quod pluries explanavimus.

Epiſtitres lapis rubri coloris eſt , & pluribus decoratur virtutibus , primo incantationes , ac dæmonum ligamina diffringere ; quod per inſitas qualitates dilucidatur ; ab collo ſuſpenſus, exilerat cor , quod ſupra clarum fecimus ; habet etiã fugare locuſtas , ac volucres ſiniſtros , ſicuti & grandines , & nebulas pravas; tempeſtateſque profugare creditur , quæ phænomena per ipſius maximum athmoſphærium enucleatur , cum partes contineat admodum acres ; ſi exponitur hic lapis

ef-

efferueſcenti ſoli, igniculos vomere fertur, quod exponitur per ipſius ſubtilium molecularum exolutionem, extricationemque ob maximam motionem ipſis infarctam; ſi verò hic lapis immergatur in ebullienti aqua, jactu ebullionem compeſcit, quia ipſins athmoſphærium, exiles cum craſſioribus partibus colligat: non verò per activas qualitates sè mutuo expellentes, juxta Antiquorum axiomata

Exacolitus lapis eſt, texte Alberto Magno, & quia catharticus eſt ideoque colicam, & iliacam paſſionem compeſcit.

Exacontalicus lapis eſt, pluribus decoratus coloribus,

bus., nimiæ molis haud eſt, & in Libya naſcitur; dicitur hunc lapiedm oculos nervoſque offendere; quod evenit ob ipſius acres auſteraſq particulas, talia loca ledentes.

Falcanos lapis citrini coloris eſt, qui græce dicitur ἀρσενιμόν hoc eſt auripigmentum, & inter ſpiritus ab Chymicis reponitur, ſulphureaque natura ſcatet, qui calcinetur diſſicaturque niger evadit, niger denuo calcinando, & albiſſimus ſublimando, reigerrimus ſi denuo calcinetur, & ſi ſublimetur candidior; unde ſic faciendo tripliciter; aptum menſtruum redditur, ad omnia metalla præter aurum comburere poſſe.

Fi-

Filaſtrum lapis eſt eryſolito conformis, & colore, & virtutibus; ideoque ejus naturam elucidare omittimus.

Gagates, & chachābre, lapides ſunt, quam plurimis virtutibus pollent, pulchroque colore micant: ſed quia gemmarum generis nõ ſunt, ideoque eos prætermittimus.

Gagatromeus lapis eſt diverſi coloris, pellis capreoli inſtar, virtutem continet Hoſtes confutare, ac vincere, ſicuti Principis Alchidis integræ apparent Hiſtoriæ, qui cum hunc lapidem gerebat, tam unnis, quam terris victoriam ſemper fuit conſecutus: ſed talis Prin-

ceps dum regna cryſtallina tranabat, unquam vela ventis concedebat, niſi inſtar Palinuri Vergiliani cæleſtia agnoſceret ſigna ut

Haud ſegnis ſtrato ſurget
Palinurus; & omnes
Explorat ventos, atque auribus aera captat,
Sydera cuncta notat tacita labentia Cælo,
Arcturum, plejadaſq: Hiadas, geminoſq:Triones
Armatumq:auro circumſpicit Oriona

Sic etiam cum Terram belluando currebat.

Geraſia lapis eſt grandini non abſimilis, & adamantis duritiè ſcatet, quia ſi in igne perpluris temporis ſpatium

tium ſteterit, & comburi, & calefieri nequit; cujùs pororum conſtipatio pro cauſa decernitur (juxta Thomam Cornelium) quæ igni aditum non permittit: virtutem eontinet, Veneris compeſcere fomitem, juxta Albertum.

Galaritides, quam Albertus, & alii gâlattidem appellarunt, lapis eſt communi cineri conformis; ortùm trahit ex Acheloo flumine, & nilo, Plinio texte: ſeſtilis lapis eſt; & lactis ſaporem præbet. Si ore detineatur, mentis ſpiritus conturbat, quia ſalis copia ſcatet, & cum ſalivalibus fermentis permixtus effumationem produci, caput le-

 den-

dentem: ſi hic lapis ſuſpenſus in collo geratur, lacte ubera coimplet, quia lacteas venas per athmoſphærium aperit, unde chylus facilius ad ubera pervenit, juxta Charletonium; ob quod Ægyptii Paſtores pecudis hunc lapidem, cum ſale tritum perhibent, ut lactis pleno pondere mammas conducant.

Gerachiten lapis nigri coloris eſt; qui vitiatus plerumque reperitur; & ita agnoſcitur, quia ſi hunc lapidem melle, aut Zaccharo imbutum aliquis geſtaverit, apes muſchæve geſtantem non mordebunt, quod non ſuccedit ſi adulterinus erit; & explicatur per

per ſui acutas, ferienteſque particulas athmoſphærium conflantes; dicitur hunc lapidem gratioſum reddere geſtantem : facit quoque bonum à malo diſcernere, quia pravos latices humani corporis aufert, & ideo cum defæcatum remanet corpus, anima gratioſius agit.

Gerolicus lapis eſt orientalis, Alberto Magno teſte, olearum oſſibus eſt conformis; & ejus pulvis idoneo liquore potatus, mirabiliter calculos diſſringit, & per uretheres ad veſſicam præcipitat, quod ſupra explicavimus; undè præponitur hic lapis arcanis cuntis ab multis Authoribus inventis; illis ſcilicet Harthmandi, Varandi,

Cratonis &c. Hoc tamen ſanctum medicamentum, nõ ſolum hunc lapidem antecellit, verum atque, & cætera illa, quæ humana mens reperire poterit, & tale eſt.

Chriſti præſul Egregius
Prò nobis hic Liborius
Oret Deum altiſſimum
Ne pro culpa peccaminum
Morbo vexemur calculi
Succurrant nobis Angeli
Et poſt vitæ certamina
Ducant ad vera gaudia

Ora pro nobis beate Libori; ut à calculi doloribus mereamur erui: Oremus Deus qui Beatum Liborium Pontificem aliis innumeris clarum miraculis ſpeciali in medendis arenæ, & calculi do-

doloribus privilegio decoraſti, tribue quesſumus ut ejus meritis, & interceſſione, ita ab iis, & aliis malis eruamur, ut gaudiis perfrui mereamur æternis per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen.

Granati naturam hic explicare optimum foret, at quia in carbunculi ſpecies eum collocavimus, ideoque ipſum omittimus.

Gracillarum cornua plura fuere reperta, lapidis naturæ, ſed quia è diametro ad noſtrum opus non pertinent, ea derelinquimus.

Hyacinthus gemma eſt in duas ſpecies diviſus, in aquaticam ſcilicet, & ſaphirinam; aquatica flava, ac

albicans tantiſper eſt , non multum extimatione grandeſcit: ſaphirina verò flava, & pellucida eſt, aquatica nobilior; hinc eſt hyacinthum tria nomina ſortitum fuiſſe, aquaticum ſcilicet, granaticum, & ſaphirinum ; Dioſcorides quartam ſpeciem cum nomine aſſignat, quam Cæruleam vocat, juxta etiam Columellam.

Necnon vel niveos, vel cæruleos hiacynthos.

Hiacynthus in Æthiopia oritur, Plinio texte, & egregium alexipharmacum eſſe exiſtimat, & cordiale optimum. Aerem veneno graſſatum lapis iſte depurat, ſomnumque inducit; non quia algentis naturæ eſt, ſed quia mo-

le-

ſeculis aquæis quampluri-mis ſcatet, hinc nervos molliendo, ſpiritibus deſcenſus, ac motio impeditur; valet quoque hyacinthorum geſtatio contra tonitrua, & fulgura: quod non credo, cum iſta ſint Jovis armamenta juxta Lucanum.

Non ocyus alti
In Terras cadit ira Jovis, ſi quando nivalem.
Obtriin, & Artoe gelidum caput inſtitit oſſæ,
Armavit in nube manum; volat ignea moles.
Seva Dei mandata ferens, Cælumque triſulca
Territat omne coma: jam dudum autditibus aeris
Signa dare, aut ponto mi-ſeros involuere nautas.

Ideoque modicæ fidei hoc eſſe autumo; Selinus refert hyacinthum notos, aquilo- neſque compeſcere habeat; quod evenire potuerit ex fugatis partibus aerem mo- ventibus: ex quibus (Sene- ca texte) conflantur venti, Iuvenalis verò aliter ventos progigni autumat ut

Halitus ille autem, atque
ima tellùre remiſſus
Hos generat, vireſque ani-
mis roburq: miniſtrat,
Sol Pater educit, mater de-
dit ubera Tellus
A ſummo Boreas, notus imo
ſpirat Olimpo
Occaſum inſedit Zephirus
venit Eurus abortù
Hos circum variis dextra
levaqueſeruntur

At-

Atque agitant tenues di-
verſis flatibus auras

Sed ad nos hoc parum refert; Avicenna annuit ideo appellari hiacynthus hic lapis quia hiacynthorum floribus eſt valde conformis, & ait hujus lapidis robore Turcarum Regiones à peſte ſæpeſæpius liberari : ſicuti etiam in ſui compage, pilos, herbaſque nectere , quod explicatur, cum de ſuccino tractavimus ; ſi verò circa hyacinthos plus præoptabis perge ad Imperatum , Boetium, Cardanum &c. dum de ipſo confectionem nituntur conficere.

Hæmatites græcè αἱματίτης lapis ferrugginei coloris eſt ex Africa Æthyopia Arabia-

ve ortum trahit, & ſanguineas guttas in ultima ſuperficie conſperſas continet; unde à Galeno coagulatus ſanguis appellatur, qui græcè dicitur ἀποτὲ ἄκατος ſtiptica que natura fruitur, unde ejus pulvis diarrhæas, dyſenterias, hæmorrhagiaſve coarctat; quod ſupra explanavimus per moleculas ſtipticas, & conſtipantes.

Judaicus lapis eſt in Paleſtinæ ἰουδαϊκος λίθος natus, græcè dictus Inſula glandis conformitatem refert, & idoneo liquore potatus calculos mincere facit, quod ſupra enucleavimus; dicam digreſſionis gratia, medico cuidam Hiſpannico ob hoc arcanum talis lapidis,

ga-

gazæ maximi momenti ab ſuo Rege fuere largitæ; nunc verò Lippis, & Tonſoribus contra calculos notum eſt valere: ait Dioſcorides hunc lapidem pulveriſatum fulgere inſtar bezuartici, quod ſupra elucidavimus; contra calculos valere iſti etiam Authores fatentur Fernelius ſcilicet, Liboe, Doleus, Sennertus capite de renum calculis, & veſſicæ: non deſeram tamen iſtoc ſonetum Ciri de Pers; in quod calculi quidquid producere habeant, coadunatur.

Son nelle rene mie dunque formati.
Li duri ſaſſi alla mia vita infeſti,
Che fanſi ogn'hor piu gravi, e piu moleſte, *Che*

Che han de' miei giorni i ter-
mini ſegnati:
S'altri con bianche pietre idi
beati
Nota, io noto con eſſe idi
funeſti,
Servono i ſaſſi à fabricar,
mà queſti,
Per diſtruger la fabrica
ſon nati.
Ah ben poſſo chiamar mia
ſorte dura,
Se ella è di pietra hà preſo
à lapidarmi
Dalle parti di dentro la
natura.
Sò che sù queſte pietre arro-
ta l'armi
La morte, e che à formar
la ſepoltura
Nelle viſcere mie naſcono
i marmi.

Jaſpis, lapis eſt variis colo-
ribus conſperſus, & in decẽ
ſpeciebus ab Authoribus di-
viditur:brevitatis tamen gra-
tia hic meliorem referam,
venis argenteis ornatam, &
in variis Terræ plagis reper-
tam,ac virtutibus quam plu-
rimis ſcatentem,juxta plures
Authores; hoc eſt ſanguinis
compeſcere fomitem, quod
pluries explanavimus:cõcep-
tionẽq: impedire, quod etiã
ſupra annuimus;dicitur pro
palare geſtantem amore ve-
xatum, cum talia ſigna co-
gatur oſtendere;que ſigna Se
neca collexit.

Erumpit oculis ignis, &
lapſæ genæ
Lucem recuſant; nil idem
dubie placet

Ar-

Arctuſque varie jactat incertus dolor
Nunc ut ſoluto labitur moriens gradu,
Et vix labente ſuſtinet collo caput
Nunc ſe quieti reddit, & ſomni immemor
Noctem querelis ducit: attollit iubet
Iterumque poni corpus, & ſolvi comas
Rurſumque fingi, ſemper impatiens ſui
Mutatur habitus, nullæ jam Cereri ſubeſt
Cura aut ſolutis, vadit incerto pede
Jam viribus defuncta: non idem vigor.
Non orat ingèns nitida purpureus rubor.

Po-

Populatur artus cura, jam greſſus tremunt
Tenerque nitidi corporis cecidit decor
Lacbrimæ cadunt per ora, & aſſiduò genæ
Roræ irrigantur.

Dicitur verò ab aliis Authoribus hujuſce lapidis virtute, geſtantem amorem deſerere; ſed miror, quare tam libenter Amor geſtantem (hoc lapide inter medio) derelinquat, cum thura ſpernit, & ſimulacra abhorret, juxta græcum illud diſtichon.

Τίς γλύψας τον ἔρωτα, παρὰ κρήνησιν ἔθηκεν,
οἰόμενος παύσειν τοῦτο τὸ πῦρ ὕδατι.

Fugari quippe exiſtimo tali

tali pharmato à Caſa per-
cepto, in ſui Soneto depi-
cto.

Sperando amor da tè ſalute invano
Molti anni triſti, è pochè hore ſerene,
Viſſi di falſa gioia e 'nuda ſpene,
Contrario nutrimento al cor non ſano.
Per ricovrarmi, e fuor della tua mano
Viver lieto mio tempo, e fuor di pene,
Hor che tanta dal Ciel luce mi viene,
Quant'io poſſo da tè fuggo lontano
E fò come aucellin campato il viſco,
Che fugge ratto a i più naſcoſti rami

E ſbigottiſce del paſſato riſchio.

Ben ſent'io tù che indietro mi richiami

Mà quel ſignor che lodo, e riveriſco

Omai vuol che lui ſolo, e me ſteſſo ami.

Yena lapis eſt, ex oculis belluæ yenæ excerptus, & ex iſto animali denominationē trahit; quomodo iſtic procreari poteſt talis lapis, haud difficile viſatur quæritare: cum in hiſce oculis præter conſuetos humores, peragrat lympha, & dum per menſtruum petriphicū coagulatur, lapis progignitur; virtutem habet hic lapis, ſub lingua geſtantis poſitus, futura prædicere facere; quod

va-

vanum puto, cum habetur in ſacris literis de futuris contingentibus non datur determinata veritas.

Yris lapis eſt cryſtallo non abſimilis, exagonam figuram continet; quem in Arabia oriri ait Evax; Albertus verò in Erythræis undis; tactus à ſole hic lapis, iridis configurationem producit in pariete, quod explicavimus ſupra.

Inſcuſtas lapis eſt croco non abſimilis, juxta Divum Iſidorum; in ultimis Hiſpanniarum plagis oritur (Hercule Saxonio texte) neante natura eſt præditus; unde ex hoc lapide veſtes conflantur, igne incombuſtibiles, quod ſupra expoſuimus: habet

bet virtutem ſcabiem auferre; quia ejus athmoſphærium acres partes, ac puncentes continet, ideoque vermiculos cutem lancinantes enecat, de cujus curatione vide Fallopium.

Jaſpis ex Ettmullero inter lapides connnmeratur, & rubicunda eſt, ſanguineis maculis conſperſa, quæ hæmorrhagiam vim habet compeſcere, ac qualemcumque ſanguinis fluxum, quod ſupra retulimus.

Kabraces lapis eſt cryſtallo non abſimilis; qui loquentem geſtantem reddit, hydropemque fugat, ob petriphicantem ſpiritum, quem continet, cui ſpiritui datum eſt coarctare, & conſtrin-

ſtrincere; ob quod lymphatica irrupta vaſa coadunantur, & corpus in recta κρᾶση conſtituitur; At leucophlegmatia exquiſita laborante, iſto neque, aut alio quovis lapide, & pharmaco ſanatur, juxta Quercetanum.

Kacabre lapis eſt gagati conformis, & coloribus, & virtutibus: ideoque de eo non loquimur.

Kamau lapis eſt albi coloris, Alberto texte, & contra incantationes eſt egregius, juxta ipſum Albertum: Circa quod explicandum philoſophia claudicat; ipſe tamen circa hoc multis irrupit in verbis, cum de phyſicis ligaturis tractat.

Ligurius lapis eſt ex

Lincis urina conſlatus, Plinio texte: quia dum iſtud orientale animal mincere optat, latebras plagas quæritat, unde iſtic urina detenta temporis protractu in lapidem convertitur, quod ex ſe patet; Beda verò ex bovum renibus oriri decrevit; quod etiam ſi ſupra allatum memoraberis, enucleabis apprime; eſt valde conformis carbunculo hic lapis, & paleas trahere habet, quod infra patebit: ſtomatichos expellit dolores, quia alkalinus eſt, & præternaturalia fermenta, tam in ſtomacho, quam cæteris partibus latitantia, coctionem infeſtantia, inteſtiniſq; irritationem ducentia &c.

exau-

exhaurit; valet contra pleuritidem, etiam ob alkali, quod ſupra explicavimus

Lipperea lapis eſt ex Libya proveniens, Alberto texte;& præcavere habet belluas ex canibus hore hiantibus ſecutas; quod ſi mendacio alienum, mirabile exiſtimo: & enucleatur ob ſui ipſius athmoſphærium ex acutis partibus conflatum, uude hoſtiles canes hiſce moleculis acriter feriuntur, & præcaventur belluæ; ſed dices, ſi ferientes moleculæ arhmoſphærium conflantes hoſtiles canes indiſcriminatim mordent, quare belluas non pungunt? Reſpondeo virtutem haud veram ullo ævo putavi; reſolvi tamen poſ-

poſſet, (perquod meum ingenium præſtat) per approximationem belluarum tardam, ac lentam, ideoque non acriter punguntur; canium verò adventus, quia velociſſimus eſt, concutit non ſolum lapidis athmoſphærii partes; verum atque, & ipſum lapidem, ideoque morſicus feriuntur.

Lumaca lapis eſt in animali lumaca repertus, virtutem continet arteriis febricitantium ligatus, febrem expellere, juxta plures Authores, quod alias retulimus.

Lapis Tiburorum, ſeu orvi, juxta Monardum, albus, ac friabilis eſt, & Nephritidi confert inſtar in-

cantamenti, Camillo texte, podagram expellit, juxta Agricolam quia alkalinus eſt, ſeu alkali plenus, ob quod externum, ac pravum laticem fugat

Magnes lapis ferruginei coloris eſt, quia ex undis, ac indicis plagis originem trahit, Plinio texte, ex quibus locis periculo vacare pertranſeuntes claſſes non creditur, cum ipſarum ferreos clavos def.rt, iuxta Petrarcam.

Una pietra è sì ardita
Là per l'indico mar; che dà natura
Tragge à ſe il ferro, è ſura
Dal legno à guiſa, che è navigii affonda. &c.

Solet etiam in quampluri-

ri-

rimis aliis Regionibus reperiri : virtute ſcatet hic lapis ,ut ſupradiximus trahere ferrum ,ad quod , hujuſce tractatuli plura phænomena impoſuimus ; unde neceſſum viſatur , hoc valdè elucidare , ut cætera elapſa phænomena enucleentur ; & primo refellendo Antiquorum circa magneticam attractionem Ariſtotelicas facultates , quia (uti ait Thomas Cornelius) iſtoc modo ignorantiam excuſare potius eſt , quam rectè philoſophari , & referam primo Gaſſendi opinionem annuentis*, tam ex magnete, quam ex ferro continuo proſilire partes , ex magnete verò nimis copia ; undè

cum ad inania ſpatiola ante magnetem confecta, ferreæ moleculæ protruduntur, ſtatim amborum corporum actractio progignitur; licet in quamplurimis aliis verbis prorumpat, in hoc tamen conſtringitur: & ex tale aeris percuſſione ab Renato des cartes decernitur hanc actractionem oriri; alii verò ſtatuunt progigni hanc unionẽ inter magnetem, & ferrum per unginatas atomos, juxta Benedictum Milanum taliter canentem.

Qualem per mutua juncti
Oſcula prævalidis referunt compagibus orbes
Arcana quos arte lapis trabit, in quæ ſolutos
Nexilibus nectit vinculis, cecoque revincit Fe-

Fædere inamblexus ſenſim
ruit anulus arctos,
Et ſocios tacitis actrectat
mordicus amis

Ego autem magnetem ſic trahere ferrum autumo; cum primo ſupponere unicuique ſit ex quolibet ſublunari corpore athmoſphærium progigni; ita etiam ex magnete, & ferro; ob quod in ambobus corporibus poroſitates remanent, in quibus tanquam proximior, aer ſubintrat, quia alias daretur vacuum (quod haberi non puto) unde approximata ſimul corpora iſta, ipſorum athmoſphæria, unum in alterius vacuitates ſuas partes demittit, & in ambobus corpo-

ribus aer contentus expel-
litur, hinc exilis motio pro-
gignitur: cum verò aer ma-
gis intrinſecatus excluditur,
motus, & actractio augetur,
unioque tandē proſpicitur;
ſciendum quoque eſt circa
iſtud phænomen, quod in
tantum habetur prima mo-
tio inter magnetem & fer-
rum, non ſolum quia aer
ipſorum, ex eorum athmoſ-
phærio excluditur, verum
atque ob partes magneticas
intra ferrum magno rob-
bore intrantes: habetur de-
nique unio non ſolum per
motum deſuper allatum,
verum tamen ex aere con-
tinuo præmentem; quam
magneticam unionem va-
rii formiter operantē Lucre-
tius

tius ſuis verſibus depinxit.

Magneſi genus eſt lapidis mirabile, cui ſi
Corpora ferri plura ſtyloſue admoveris unde
Non modo motumque trahent, quo ſemper ad urbẽ
Quæ lucet vicina polo ſe vertere tentent:
Verum etiam mira inter ſe ratione, modoque
Quotquot eum lapidem tetigere ſtyli ſimul omnes
Conſpirare ſitum, motumq; videbis in unum,
Vt ſi forte ex his aliquis Romæ moveatur
Alter ad hunc motum quamvis ſit diſſitus longe
Arcano ſe naturæ fœdere vertat.

Allius tamen magneticam

actractionem impedit, quod cum de adamante egimus, patefactum inſpicitur; vidimus nos pluries (quod eſt mirabile viſu) magnetem trahere ferrum; licet ſi lignum, tabulave intermediet, itaut, ſi ſubtus tabulam magnes unius palmidiſtantiam peragret, eandem diſtantiam ambulando occupat ferrum: quamquam in Palatio Friderici Imperatoris, magnetem ferrum non traxiſſe annotavit Albertus, quod eveniſſe autumo, quia optimarum non erat, & conditionibus haud prædita extabat. Magnes virtutem habet, noctu dormitantibus phantaſmata ſuſcitare, quod ſupra retulimus, hydropeſimque

fu-

ſugare, quod etiam enucleavimus; ſi noctù in mulieris pectore imponatur magnes, ſtatim id quod in die peregit, indiſcriminatim refert, juxta plures Authores; quia magnetis effluvia intus corporis perventa, organa locutioni apta dimovent: hic quoq: explanare veneni attractionem opus cenſeo; quod evenit, quia venenũ parvula admodum res eſt, unde facile ab lapide aliquo (ſicuti magnes trahit ferrũ) exhauritur.

Margarita ſeu unio gemma eſt, ex cochleis originem trahit, quæ cochleæ in Oceano Indiæ, marique Trinacrio, in Flandriæ ac Teutoniis undis plerumque reperiuntur. Margaritæ ve-

rò aliquæ cribrate ſunt, integræ verò aliæ, & candidum ſemper colorem nanciſcuntur, juxta Albertum. Quomodo verò ex oſtrechis, ſeu cochleis conflantur, hic magna extat inter Authores altercatio; cum Plinius, Matthiolus, & Albertus Magnus ex rore noctu decidente progigni fatentur, tunc præſertim, quando oſtrechæ ima undarum deſerunt, & hiando ſuperficiem petunt, & poſteaquam rorem habuerint, ſtrictèque foventes margaritas deind conficiunt, ſicuti lepidè cecinit P. Antonius Chanut.

O letus lador ò pulcri mira-
cula fœtus.
Conditur intactis feliciter
ilibus humor. *Ful-*

Fulgidus, exiguum cumulà ſe cogit in orbem
Concreſcit liquor inde tenaz ſolidaque coactum.
Materia dureſcit opus lapideſcere gaudet
Grando micans, adbibet magno officioſa labori
Artifices natura manus, auramque coruſcam
Miſcet aqua, radiiſque nivem, tornatq. globoſam
In mundi ſpeciem, juxtumque examine librat
Pondus, amore Deæq. tanto fætuque ſuperbit
Conca mari niveum generans è rore lapillum.

Aldourandus, & Tavernier, cum de itinere agunt hanc opinionem contemnunt; Maſſaria verò mar-

garitas in glandularnm genere repoſuit, Strobelbelgerus id quod maſſatia conſcripſit, amblectitur: alii verò cochlearum oſſa margaritas eſſe putarunt. Nos verò ex aqua conflari margaritas cum petriphicante ſpiritù decernimus: virtutem habent margaritæ, ſincupales effectus auferre, quia acidum, ſanguinem conglacians aufert, ob ſui alkali; pravum fermentum coctionem vitians corrigere, ac diarrhæā fugare, quod pluries expoſuimus; apoplexiamque auferre, texte Avicenna, & Serapione, quod explicavimus antea; & ſi in aceto margaritæ immergantur, colliqueſcunt ſtatim, juxta Cleopa-

tram

patram in Convivio M. Antonii, lepidè adnotatum à Fulvio Teſti.

F per delitia immenſa
L' Egittia donna in tazza d'oro impari
Ber'i teſori del Ocean diſfatti.

Camillus ait ophtalmias, quartanas, febreſque malignas, margaritas auferre; Alii verò rugoſa fronte non ſolum margaritas virtutibus ſpoliarunt, hoc eſt virtutes adheſſe in margaritis negarunt: verum atque, & cæteros lapides, ita eſſe dixerunt, & tales ſunt Ambroſius Parèo, & Giubertus Gallorum Regiæ medicus, quos egregie extorquet Robertus Boyle.

Fas eſt tandem eruditionis gratia margaritas ſeligendi modum annuere; quæ perlarum ſelectio fit, tùnc temporis quandò vireſcunt Terraquei flores, herbæque, ac ſydera in meliorem locum vadunt, quod breviter collexit Petrarca.

Mirando la ſtaggion che'l
freddo perde.
E le ſtelle meglior acqui-
ſtan forſa.

Et Oratius.

Solvitur acris hiems grata
vice veris, & Favoni
Trahuntque ſiccas machi-
næ carinas,
Ac neque in ſtabulis gaudet
pecus, aut Arator igni
Nec prata canis albicant
pruinis

Jam

Jam citheræa choros ducit
Venus imminente L*una*
Junteſque nymphis gratiæ
decentes
Alterno Terram quatiunt
pede.

